8 B audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? * Parthi,
9 & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam,
10 * Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani,
11 * Iudæi quoque, & proselyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia
12 Dei. * Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes:
13 Quidnam vult hoc esse? * Alij aũt irri-

يوسف الذى يدعى برسبا الذى لقبه يسطس
٢٤ ومتياس * وصلوا وقالوا انت ايها الرب
العارف قلوب الجميع اظهر الواحد الذى
٢٥ تختاره من هذين الاثنين * كى يقبل هو
قرعة هذه الخدمة والرسالة التى تنحى عنها
٢٦ يهوذا لينطلق الى موضعه * فالقوا قرعات
عليهما فصعدت القرعة لمتياس فاحصى مع
الحواريين الاحد عشر

الاصحاح الثانى

١ وحينما تمت ايام الخمسين كانوا مجتمعين
٢ باسرهم معا فى مكان واحد * فكان من السماء
بغتة صوت كصوت اتيان ريح شديد فاملأ
جميع ذلك البيت الذى كانوا فيه جلوسا
٣ * وتراءت لهم السنة منقسمة مثل نار
٤ واستقرت على واحد واحد منهم * فامتلوا
كلهم من روح القدس ثم بدوا ان ينطقوا
بالسنة مختلفة كما كان روح القدس
٥ يوتيهم النطق * وان رجالا كانوا سكانا
باورشليم اتقيا الله يهود من جميع الامم
٦ الذين تحت السماء * فلما كان ذلك الصوت
اجتمع الشعب وتحيروا لان انسانا انسانا
منهم كان يسمعهم وهم ينطقون بلغاتهم
٧ * وكانوا جميعهم مبهوتين متعجبين وهم يقولون
٨ هولاى الذين يتكلمون كلهم اليس انما
٩ هم جليليون * فكيف يسمع منا انسان
انسان لسانه الذى فيه ولدنا * فرطيون
ومادیون والاميون والذين يسكنون بين
النهرين واليهودية وقبدوقية وبلاد فونطوس
١٠ وبلاد اسية * وبلاد فروغية وفمفولية ومصر
وبلاد لوبية القريبة من القيروان والذين
١١ قدموا من روميه * يهود ايضا ودخلا والذين
من اقريطش والعرب ها نحن سمعناهم وهم
١٢ ينطقون بالسنتنا اعاجيب الله * وكانوا
يتعجبون كلهم ويبهتون اذ يقول بعضهم
١٣ لبعض ما هذا الامر * واخرون كانوا

يستهزيون

irridentes dicebãt Quia musto pleni sunt isti. * Stans autem Petrus cum 14
vndecim leuauit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. * Non enim, sicut 15
vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: * sed hoc est, 16
quod dictum est per propheram Ioel:
[1] Ioel. 2 f. 28. Lit. 44. 2. j. * [1] Et erit in nouissimis diebus 17 C
(dicit Dominus) effudam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. * Et quidem super ser- 18
uos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt: * & dabo prodi- 19
gia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi: * Sol conuerte- 20
tur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domi-
[2] Ro. 10 c. 13. ni magnus & manifestus. * [2] Et erit: 21
omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. * Viri 22
Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: * hunc definito consilio, & 23
præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis: * quem Deus suscitauit, solutis do- 24
loribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. * Da- 25
[3] Ps. 15. b. 8. uid enim dicit in eum: [3] Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear: * Propter hoc læ- 26
tatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: * Quoniam non 27
derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. * Notas mihi fe- 28
cisti vias vitæ: & replebis me iucunditate cum facie tua. * Viri fra- 29
tres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid [4] quoniam de-
[4] 3. Reg. 2. b. 10. functus est, & sepultus: & sepulchrũ eius est apud nos vsque in hodiernum diem. * Propheta igitur cum 30 E
[5] Ps. 131 c. 11. esset, & sciret quia iureiurando [5] iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: * prouidens locutus est de resurrectione 31
[6] Ps. 15. c. 10. Inf. 13. c. 35. Christi, quia [6] neque derelictus est in

يستهزؤون بهم اذ يقولون ان هولاى امتلوا سلافة * فاما بطرس وقف مع الاحد عشر ١٤
فرفع صوته وقال لهم يا ايها الرجال اليهود وجميع السكان فى اورشليم اما هذه فاعرفوها وانصتوا لكلامى * فانه ليس الامر كما انتم ١٥
تظنون ان هولاى سكارى لانها ساعة ثالثة من النهار * لكن هذه التى قيلت فى ١٦
يوبيل النبى * ويكون فى الايام الاخيرة يقول ١٧
الرب انى اسكب من روحى على كل ذى لحم ويتنبى بنوكم وبناتكم وشبانكم يرون المناظر ومشايخكم يحلمون الاحلام * وعلى ١٨
عبيدى وامائى اسكب من روحى فى تلك الايام ويتنبون * وابذل العجايب فى السماء من ١٩
فوق والايات على الارض من تحت دمًا ونارًا وبخار دخان * والشمس تنقلب الى ظلم ٢٠
والقمر الى دم قبل ان ياتى يوم الرب العظيم المبين * ويكون كل من يدعو باسم الرب ٢١
يخلص * يا ايها الرجال بنى اسرايل اسمعوا ٢٢
هذا الكلام ان يسوع الناصرى رجل ظهر عندكم من الله بالقوة والايات والعجايب التى فعلها الله على يديه بينكم كما قد تعلمون
انتم * فهذا المسلم برأى الله المقضى وسابق ٢٣
علمه صلبتموه بايدى اشرار وقتلتموه * والله ٢٤
اقامه ونقض غصص الجحيم من اجل انه لم يمكن ان تمسكه الجحيم * فانه داود قال عليه ٢٥
كنت انظر الرب امامى فى كل حين انه عن يمينى لكيلا اقلق * من اجل هذا فرح ٢٦
قلبى وتهلل لسانى وجسدى ايضا يستريح بالرجاء * لانك لا تترك نفسى فى الجحيم ولا ٢٧
تدع صفيك ان يرى الفساد * اظهرت لى ٢٨
سبل الحياة وتملانى فرحا مع وجهك * يا ايها ٢٩
الرجال اخوتنا يجب ان نكلمكم باعلان من اجل راس الاباء داود انه قد مات ودفن وقبره عندنا الى اليوم * فاذ كان نبيًا ٣٠
وكان يعلم ان الله قد اقسم له قسما انه من ثمر صلبه يجلس على كرسيه * فتقدم ٣١
وابصر وتكلم على قيامة المسيح انه لم يترك

فى

٣٢ فى الجحيم ولا جسده عاين فسادا * فليسوع
٣٣ هذا اقامه الله ونحن باجمعنا شهوده * وهو
مرفوعا بيمين الله اذ اخذ من الاب الموعد
بروح القدس فافرغ هذا الذى انتم الان
٣٤ تنرونه وتسمعونه * لان ليس داود صعد الى
السماء فاما هو قال : قال الرب لربى اجلس
٣٥ عن يمينى * حتى اضع اعداك موطى
٣٦ قدميك * فليعلم بالحقيقه جميع ال اسرايل
ان الله جعل يسوع هذا الذى صلبتموه
٣٧ انتم ربا ومسيحا * فلما سمعوا هذه الاقاويل
خفقت قلوبهم وقالوا لبطرس ولساير الحواريين
٣٨ فماذا نصنع يا ايها الرجال اخوتنا * فقال لهم
بطرس توبوا وليصطبغ كل انسان منكم باسم
يسوع المسيح لغفران خطاياكم فتقبلوا
٣٩ عطية روح القدس * لان الموعد لكم كان
ولابنايكم ولجميع الذين هم بعيدون جميع
٤٠ الذين الرب الاهنا يدعوهم * وبكلام اخر
كثير كان يناشدهم وكان يعظهم ويقول
اخلصوا من هذه القبيلة الملتوية
٤١ * فالذين قبلوا كلامه انصبغوا وزاد فى
٤٢ ذلك اليوم نحو من ثلاثة الف نفس * وكانوا
مواظبين على تعليم الحواريين واشتراك كسر
الخبز والصلوات * وكانت الهيبة كاينة
فى كل نفس ومعجزات وايات كثيرة كانت
تكون على ايدى الرسل فى اورشليم وكانت
٤٤ مخافة عظيمة على جميعهم * وكل الذين
امنوا كانوا مجتمعين وكل شئ لهم كان
٤٥ للعامة * ومقتناهم واموالهم كانوا
يبيعونها ويقسمونها لانسان انسان كالشى
٤٦ الذى كان يحتاج اليه * وكانوا كل يوم
دايما ملازمين فى الهيكل بنفس واحدة
ويكسرون على البيوت الخبز ويتناولون الطعام
٤٧ بفرح وبسداجة القلب * وكانوا يسبحون
الله اذ هم محمودون من جميع الشعب وكان
الرب يزيد فى كل يوم الذين يخلصون معا

الاصاح

in inferno, neque caro eius vidit
32 corruptionem. * Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos
33 testes sumus. * Dextra igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc,
34 quem vos videtis, & auditis. * Non enim David ascendit in cælum: dixit autem ipse: ‖ Dixit Dominus ‖Psl.109
Domino meo, sede a dextris meis a.1.
35 * donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. * Certissime sciat ergo omnis domus Israel,
36 quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos
. crucifixistis. * His autem auditis,
37 F compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres?
38 * Petrus vero ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spi-
39 ritus sancti. * Vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus, qui longe sunt, quoscumque aduocauerit Dominus Deus noster.
40 * Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Saluamini a generatione ista
41 praua. * Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. * Erant autem per-
42 seuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis,
43 & orationibus. * Fiebat autem omni G animæ timor: multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus
44 in vniuersis. * Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habe-
45 bant omnia communia. * Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique
46 opus erat. * Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, &
47 simplicitate cordis, * collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP.

CAP. III.

الاصحاح الثالث

PEtrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. * Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. * Is cum vidisset Petrum & Ioannem, incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. * Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. * At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. * Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. * Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. * Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. * Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. * Cognoscebant autem illum, quòd ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo, quod contigerat illi. * Cum teneret autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes. * Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? * Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. * Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: * auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. * Et in fide nominis eius, hunc, quem vos vidistis & nostis, confirmauit nomẽ eius: & fides, quæ per eũ est, dedit inte-

وكان بطرس ويوحنا يصعدان الى الهيكل نحو الساعة التاسعة للصلاة * فاذا برجل مقعد من بطن امه يحملونه قوم وكانوا يضعونه كل يوم على باب الهيكل الذى يدعى الحسن ليكون يسال الصدقة من اوليك الذين يدخلون الهيكل * فهذا لما راى لبطرس ويوحنا داخلين الى الهيكل فطفق يطلب اليهما ان يعطياه صدقة * فتفرس فيه بطرس ويوحنا وقال: تفرس فينا * فاما هو فتفرس فيهما اذ كان يرجو انه ياخذ منهما شيء * فقال بطرس ليس لى ذهب ولا فضة ولكنى اعطيك مما هو لى باسم يسوع المسيح الناصرى قم فامش * ثم امسكه بيده اليمنى واقامه وللوقت تقوت قواعده وعقباه * فوثب وقام ومشى ودخل معهما الى الهيكل وهو يمشى ويجعل يطفر ويسبح الله * وراه جميع الشعب اذ هو يمشى ويسبح الله * وكانوا يعرفونه انه هو ذلك الذى كان يجلس يسال الصدقة على باب الهيكل الحسن فاملوا بهتا وحيرة مما كان له * واذ كان متمسكا ببطرس ويوحنا احضر اليهم الشعب كله منبهوتين الى الاسطوان الذى يدعى اسطوان سليمان * فلما راهم بطرس اجاب وقال للشعب يا ايها الرجال بنى اسرايل ما بالكم متعجبين من هذا ولماذا تتفرسون فينا كانا بقوتنا او سلطاننا فعلنا هذا حتى يمشى * الما الاه ابراهيم والاه اسحق والاه يعقوب الاه ابائنا مجد ابنه يسوع الذى انتم اسلمتموه وكفرتم به امام وجه بيلاطس اذ هو قد كان اوجب ان يطلقه * فاما انتم فبالقدوس البار كفرتم وسالتم رجلا قاتلا ان يوهب لكم * واما خالق الحياة قتلتموه واياه اقام الله ممن بين الاموات ونحن شهوده * وبايمان اسمه هذا الذى ترونه وانتم به عارفون اثبته اسمه والايمان الذى به اعطا

هذه

integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. * Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. * Deus autem, quæ prænunciauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. * Pœnitemini igitur, & convertimini vt deleantur peccata vestra; * vt cum venerint tempora refrigerij a conspectu Domini, & mittat eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum, * quem oportet quidem cælum suscipere vsque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum a sæculo Prophetarum. * Moyses quidem dixit: [1] Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me, ipsum audietis iuxta omnia quæcumq; locutus fuerit vobis. * Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. * Et omnes prophetæ a Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. * Vos estis filij prophetarum & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: [1] Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. * Vobis primum Deus suscitans filium suum, misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua.

[1] Deu. 18 c. 15.

[1] Ge. 22 a. 3.

CAP. IV.

1 A Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes, & magistratus templi, & Saducæi, * dolentes quòd docerent populum, & annunciarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: * & iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum: erat enim iam vespera: * Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia. * Factum est autem in crastinum, vt congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ in Ierusalem: * & Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. * Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis

١٧ هذه الصحة التامة امامكم اجمعين * ولكن
الان يا اخوتي انا اعلم انكم بجهالة فعلتم هذا
١٨ كما روساؤكم ايضا * والله كالشي الذي سبق
فنادى به على افواه جميع الانبيا ان يتالم
١٩ مسيحه قد اكمل هكذا * فتوبوا وارجعوا
٢٠ كي تمحى خطاياكم * حتى ان اذا تاتي
ازمنة الراحة من قدام وجه الرب ويرسل
٢١ المنادى به لكم وهو يسوع المسيح * الذي
اياه ينبغي للسما ان تقبله الى الزمان الذي
يسترد فيه كل شي تكلم به الله على افواه
٢٢ انبيائه القديسين منذ الدهر * ان موسى قال
ان الرب الاهكم يقيم لكم نبيا من اخوتكم
مثلي له تسمعون في كل ما يكلمكم به
٢٣ * ويكون كل نفس لا تسمع ذلك النبي تهلك من
٢٤ الشعب * وجميع الانبيا من لدن صموايل
ومن بعده الذين تكلموا فهم نادوا على هذه
٢٥ الايام * انتم ابنا الانبيا وابنا الميثاق
الذي عاهد به الله اباءنا قايلا لابراهيم ان
٢٦ بنسلك يتبارك جميع قبايل الارض * لكم اقام
الله ابنه اولا فارسله يباركم ليتوب كل
احد من شياته

الاصاح الرابع

١ فبينما هما يكلمان الشعب بهذا الكلام
وثب عليهما الكهنة ووالي الهيكل
٢ والزنادقة * اذ هم حانقون عليهما
لتعليمهما الشعب وندايهما بيسوع على
القيامة من بين الاموات * فالقوا عليهما
٣ الايادي وحبسوهما الى الغد لان المسا قد
٤ دنا * وان كثيرا ممن سمعوا الكلمة امنوا
٥ وكانوا في العدد خمسة الاف رجل * وكان
للغد اجتمع روساؤهم والمشايخ والكتبة
٦ باورشليم * وحنان عظيم الكهنة وقيافا
٧ ويوحنا والاسكندر وكل الذين كانوا من
عشيرة الكهنة * فلما اقاموهما في الوسط
جعلوا يسالونهما باي قوة او باي اسم
عملتما

cistis hoc vos? * Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: * Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, * notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. * ‖ Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: * & non est in alio aliquo C saluus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. * Videntes autem Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine litteris & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant: * hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. * Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: & conferebant ad inuicem, * dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare. * Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis, ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum. * Et D vocantes eos, denunciauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. * Petrus vero & Ioannes, respondentes dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quàm Deum, iudicate. * non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. * At illi comminantes dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo quod acciderat. * Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis. * Dimissi autem venerunt ad suos: & annunciauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum, & seniores dixissent. * Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum,

Ipſ.117 d.22. Mat.21. d.42. Mar.12 a.10. Luc.20. c.17. Ifa.28. d.16. 1.Pet.2 a.7. Rom.9. g.33.

٨ عملنا هذا * حينيذ بطرس امتلا من روح
القدس وقال لهم يا روساء الشعب ومشايخ
٩ اسمعوا * اذ كنا نحن اليوم ندان على حسنة
١٠ صارت لانسان سقيم بماذا برى هذا * فليتبين
لكم اجمعين ولجميع شعب اسرايل انه باسم
ربنا يسوع المسيح الناصرى الذى انتم صلبتموه
ذلك الذى بعثه الله من بين الاموات باسمه
١١ وقف هذا بينكم صحيحا * وهذا هو الحجر
الذى رذلتموه انتم يا معاشر البانيين وهو
١٢ صار راس الزاوية * وليس بغيره خلاص لانه
ليس يوجد اسم اخر تحت السماء اعطوا
١٣ الناس الذى ينبغى ان نخلص به * فلما راوا
ثبات بطرس ويوحنا وفهموا انهما لا يعرفان
الكتاب وانهما امیان فتعجبوا وقد كانوا
١٤ يعرفونهما انهما مع يسوع كانا يتردادان
١٥ * وكانوا يرون ان ذلك المقعد الذى برى
وقف معهما فلم يطيقوا ان يقولوا شيء
١٦ عليهما * حينيذ امروا ان يخرجا من
محفلهم وطفق كل واحد منهم يقول
١٧ لصاحبه * قايلين ماذا نصنع بهذين الرجلين
فانها اية ظاهرة كانت على ايديهما لجميع
سكان اورشليم هي مبينة فلا نطيق ان ننكر
١٨ * ولكن كيلا يذيع فى الشعب بزيادة
لنهددهما كيلا يكلما احدا من الناس
١٩ ايضا بهذا الاسم * فدعوهما وامروهما الا
يتكلما البتة ولا يعلما احدا باسم يسوع
٢٠ * فاجاب بطرس ويوحنا وقالا لهم ان كان
عدلا قدام الله ان نطيعكم اكثر من
٢١ الطاعة لله فاحكموا * لاننا ما نقدر ان لا
نتكلم بما عاينا وسمعنا * فهددوهما واطلقوهما
وذلك انهم لم يجدوا كيف يعاقبوهما من
اجل الشعب لان كل انسان كانوا يمدحون
٢٢ الامر بما كان * فانه كان ازيد من اربعين
سنة ذلك الرجل الذى كانت فيه اية
٢٣ الشفاء هذه * فلما اطلقوهما اقبلا الى عند
اخوتهما فقصا عليهم كلما قال لهما روساء
٢٤ الكهنة والشيوخ * وهم لما سمعوا رفعوا
اصواتهم

Deum, & dixerunt: Domine, tu es
qui fecisti cælum, & terram, mare,
25 & omnia, quæ in eis sunt: * qui
Spiritu sancto per os patris nostri
Dauid, pueri tui, dixisti: ‖ Quare
fremuerunt Gentes, & populi me- ‖ Ps. 2.
26 ditati sunt inania? * Astiterunt re- 2.1.
ges terræ, & principes conuene-
runt in vnum aduersus Dominum,
27 & aduersus Christum eius? * con-
F uenerunt enim vere in ciuitate ista
aduersus sanctum puerum tuum Ie-
sum, quem vnxisti, Herodes & Pon-
tius Pilatus cũ Gentibus & populis
28 Israel, * facere quæ manus tua &
consilium tuum decreuerunt fieri.
29 * Et nunc Domine respice in mi-
nas eorum, & da seruis tuis cum
omni fiducia loqui verbum tuum,
30 * in eo quòd manum tuam exten-
das ad sanitates, & signa, & pro-
digia fieri per nomen sancti filij tui
31 Iesu. * Et cum orassent, motus est
locus, in quo erant congregati: &
repleti sunt omnes Spiritu sancto,
& loquebantur verbum Dei cum
32 fiducia. * Multitudinis autem cre-
dentium erat cor vnum, & anima
vna: nec quisquam eorum, quæ pos-
sidebat, aliquid suum esse dicebat,
sed erant illis omnia communia.
33 * Et virtute magna reddebant Apo-
stoli testimonium resurrectionis Ie-
su Christi Domini nostri: & gratia
34 magna erat in omnibus illis. * Neq;
enim quisquam egens erat inter il-
los. Quotquot enim possessores a-
grorum, aut domorum erant, ven-
dentes afferebant pretia eorum, quæ
35 vendebant, * & ponebant ante pe-
des Apostolorum. Diuidebatur au-
tem singulis prout cuique opus erat.
36 * Ioseph autem, qui cognominatus
est Barnabas ab Apostolis, (quod est
interpretatum Filius consolationis)
37 Leuites, Cyprius genere, * cum
haberet agrum, vendidit eum, &
attulit pretium, & posuit ante pedes
Apostolorum.

اصواتهم الى الله نفسا واحدا قايلين يا رب
انت الذى خلقت السماء والارض والبحر
٢٥ وكلما فيها * انت الذى نطقت بروح
القدس بفم ابينا داود عبدك لماذا ارتجت
٢٦ الامم وهدت الشعوب بالباطل * قامت
ملوك الارض والروساء اجتمعت جميعا على
٢٧ الرب وعلى مسيحه * فانهم قد اجتمعوا حقا
فى هذه المدينة على القدوس فتاك يسوع
الذى مسحته هيرودس وبيلاطس البنطى
٢٨ مع الامم وشعب اسرايل * ليفعلوا كما
٢٩ يدك ومشيتك رسمت ان يكون * والان
يا رب انظر الى تهددهم وهب لعبيدك ان
٣٠ يكونوا ينادون بكلمتك بكل طمانية * اذ
تبسط يدك للاشفاء والايات والجرايح الكاينة
٣١ باسم ابنك القدوس يسوع * فلما صلوا
تزلزل المكان الذى كانوا فيه مجتمعين
وامتلوا باجمعهم من روح القدس وطفقوا
٣٢ يتكلمون بكلمة الله بطمانية * وكان لكثرة
القوم الذين امنوا قلب واحد ونفس
واحدة ولم يكن احد منهم يقول فى الاموال
التى كان يملك انها له لكن كل شى لهم
٣٣ كان للعامة * وبقوة عظيمة كان الرسل
يشهدون على قيامة يسوع المسيح سيدنا
ونعمة عظيمة كانت معهم اجمعين * ولم
يكن فيهم انسان فقيرا وذلك ان كل الذين
كانوا يملكون الحقول او المنازل كانوا
يبيعونها ويانون بثمن الشى الذى يباع
٣٥ * وكانوا يضعونه عند ارجل الرسل
وكان يقسم الى انسان انسان كالشى الذى
٣٦ كان محتاج اليه * اما يوسف الذى سمى
برنابا من الرسل الذى تاويله ابن العزا
من ال لاوى وجنسه من بلاد قبرس
٣٧ * كانت له ضيعة فباعها وجاء بثمنها
فوضعه عند ارجل الرسل

CAP. V.

الاصحاح الخامس

VIr autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua vendidit agrum, * & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. * Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? * Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo. * Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt. * Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. * Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. * Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. * Petrus autem ad eam: Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum ad ostium, & efferent te. * Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum. * Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc. * Per manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. * Geterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. * Magis autem augebatur credentiũ in Domino multitudo virorum, ac mulierum, * ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. * Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferen-

وان رجلا كان اسمه حنانيا مع امراته سفيرا ١
باع حقله * واخذ من ثمن الحقل شيء واخفاه ٢
امراته وجاء ببعض المال ووضعه قدام ارجل
الرسل اذ تعلم به * فقال بطرس يا حنانيا لماذا ٣
جرب الشيطان قلبك ان تغدر بروح القدس
وتخبى من ثمن الحقل * اليس باقيا لبيقى ٤
لك ومبيعا كان فى سلطانك فلم نويت
فى قلبك بهذا الامر ليس انما ٥
غدرت بالناس لكن بالله * فلما سمع
حنانيا هذا الكلام وقع ومات وكانت ٦
مخافة عظيمة فى جميع الذين سمعوا * فنهض
الذين هم شباب فاخذوه وحملوه خارجا ٧
فدفنوه * ومن بعد ذلك بنحو ثلاث ساعات
دخلت امراته من غير ان تعلم بما كان ٨
* فقال لها بطرس قولى لى يا امراة هل بهذا
الثمن بعتما الحقل فقالت نعم بهذا * فقال ٩
لها بطرس ما بالكما اتفقتما على تجربة روح الرب
ها اقدام دافنى زوجك بالباب وهم يحملونك
خارجا * فللوقت سقطت قدام رجليه وماتت ١٠
فدخل الشبان ولقوها ميتة فحملوها خارجا
فدفنوها الى جانب بعلها * وكان خوف شديد
فى جميع البيعة وفى جميع الذين سمعوا ١١
بهذا * وكانت تصنع على ايدى الرسل ١٢
ايات ومعجزات كثيرة فى الشعب وكانوا
كلهم بنفس واحدة فى رواق سليمان
* ومن اناس اخرين لم يكن احد يجرى ان ١٣
يدنو منهم بل كان الشعب يعظمهم
* وكان الذين يومنون بالرب يزدادون ١٤
كثرة رجال ونساء * حتى انهم ١٥
كانوا يخرجون المرضى الى الاسواق ويضعونهم
على اسرة وفراش ليكون متى اقبل بطرس
يظلل بالاقل بظله على احد منهم فيبروا ١٦
من امراضهم * وكانوا ايضا يسيرون الى
اورشليم جواق من المدن التى كانت قربها

يحملون

afferentes ægros, & vexatos a ſpiritibus immundis: qui curabantur
17 omnes. * Exurgens autem princeps ſacerdotum, & omnes, qui cum
illo erant, (quæ eſt hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo: * & inie-
18 cerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.
19 * Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, &
20 educens eos, dixit: * Ite, & ſtantes loquimini in templo plebi omnia
21 verba vitæ huius. * Qui cum audiſſent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Aduenies autem princeps ſacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium, & omnes ſeniores filiorum Iſrael: & miſerunt ad carcerem vt
22 adducerentur. * Cum autem veniſſent miniſtri, & aperto carcere non inueniſſent illos, reuerſi nunciauerunt, * dicentes:
23 Carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: aperientes autem neminem intus inuenimus. * Vt autem au-
24 E dierunt hos ſermones magiſtratus templi & principes ſacerdotum, ambigebant: de illis quidnam fieret.
25 * Aduenies autem quidam nunciauit eis: Quia ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in templo
26 ſtantes, & docentes populum. * Tunc abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi: timebant enim
27 populum ne lapidarentur. * Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio: Et interrogauit eos princeps
28 ſacerdotum, * dicens: præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis Ieruſalem doctrina veſtra: & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius. * Reſpondens
29 F autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quàm
30 hominibus. * Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno.
31 * Hunc principem, & ſaluatorem Deus exaltauit dextra ſua ad dandam pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum. * & nos ſumus
32 teſtes horum verborum, & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus
33 obedientibus ſibi. * Hæc cũ audiſſent,

يحملون مرضى ومعذبين من الارواح النجسة
17 وهم جميعهم كانوا يبرون اجمعون * فقام
عظيم الكهنة وجميع الذين معه وهم
من اصحاب تعليم الزنادقة وامتلوا غيرة
18 * والقوا للايادى على الرسل واسروهم فى حبس
19 الشعب * فاما ملاك الرب ففتح ابواب الحبس
20 ليلا واخرجهم وقال لهم * انطلقوا فقوموا
فى الهيكل وخاطبوا الشعب بجميع كلمات
21 هذه الحياة * فلما سمعوا ذلك لوقت السحر
دخلوا الهيكل فطفقوا يعلمون فاما عظيم
الكهنة والذين معه فاتوا ودعوا للمشورة
وجميع مشايخ بنى اسرايييل فوجهوا الى
22 السجن ليأتوا بهم * فلما اتوا الشرط فتحوا
23 السجن ولم يجدوهم فعادوا واخبروهم * قايلين
اصبنا الحبس مغلقا بتحرز والحراس ايضا
قياما على الابواب ففتحنا ولم نجد هناك
24 احدا * فلما سمع هذا الكلام والى الهيكل
ورؤساء الكهنة تحيروا فى امرهم * فجاء انسان
25 فاعلمهم ان اولئك الرجال الذين حبستموهم
فى السجن هوذا هم وقوف فى الهيكل يعلمون
26 الشعب * عند ذلك انطلق الوالى مع الشرط
واحضروهم لا بالعسف لانهم كانوا يخافون
27 الشعب ليلا يرجمهم * فلما جاوا بهم
28 اقاموهم قدام المحفل فسالهم عظيم
الكهنة * قايلا لهم قد كنا امرناكم
29 امرا ان لا تعلموا احدا بهذا الاسم فاما ها
انتم فقد ملاتم اورشليم من تعليمكم
وتريدون تجلبوا علينا دم هذا الرجل
30 * فاجاب بطرس والرسل فقالوا: هو واجب
31 ان يطاع الله اكثر من الناس * ان الاه
ابائنا اقام يسوع الذى انتم قتلتموه اذ
علقتموه على الخشبة * ولهذا رفعه الله بيمينه
32 راسا مخلصا كى يوتى اسرايييل التوبة
ومغفرة الخطايا * وهذا الكلام نحن شهوده
33 وروح القدس الذى اعطى الله لجميع الذين
يطيعونه * فلما سمعوا هذا الكلام جعلوا

diſſecabantur, & cogitabant interficere illos. * Surgens autem quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legiſdoctor honorabilis vniuerſæ plebi, iuſſit foras ad breue homines fieri. * dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis. * Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occiſus eſt: & omnes, qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. * Poſt hæc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit populum poſt ſe, & ipſe perijt: & omnes, quotquot conſenſerunt ei, diſperſi ſunt. * Et nunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluetur: * ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere illud, ne forte & Deo repugnare inueniamini. Conſenſerunt aut illi. * Et conuocantes Apoſtolos, cęſis denunciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos. * Et illi quidem ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. * Omni autem die non ceſſabant in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Chriſtum Ieſum.

يلتهبون بالغضب فطفقوا يهمّون بقتلهم
٣٤ * فنهض فى المحفل واحد من الفريسيين
كان اسمه غماليل معلم التوراة ومكرم
من جميع الشعب فامر ان يخرج الرجال
٣٥ خارجا حينا يسيرا * وقال لهم يا ايها
الرجال بنى اسراييل احذروا على انفسكم
٣٦ من هولاى القوم وانظروا ما تفعلون * فانه
من قبل هذه الايام كان قد قام
ثودس وقال على نفسه انه شى فاقتدى به
عدد نحو من اربعماية رجل فاما هو فقتل
وجميع الذين امنوا به فتفرقوا وصاروا
٣٧ كلاشى * وقام بعد هذا يهوذا الجليلى فى
الايام التى كان الناس يُكتبون فى الجزية
فعدل بشعب كثير فى اثره فاما هو فهلك
٣٨ وكل الذين كانوا يتبعونه فتبددوا * وانا
الان اقول لكم تنحّوا عن هولاى القوم
واتركوهم فانه ان كان هذا الفكر وهذا
٣٩ العمل من الناس فانه سوف يتحلّ * وان كان
من الله فليس يمكنكم ان تبطلوه لئلا
توجدوا مقاومين لله فارتضوا بقوله * ودعوا
٤٠ الرسل وجلدوهم واوصوهم الا يكونوا يتكلمون
بتة باسم يسوع ثم اطلقوهم * اما هم فخرجوا
٤١ من قدام المحفل وهم فرحون اذ كانوا مستاهلين
ان يذلّوا من اجل اسم يسوع * ولم يكونوا
٤٢ يهدون كل يوم فى الهيكل وعلى البيوت
عن التعليم والتبشير بيسوع المسيح

C A P. VI.

الاصحاح السادس

IN diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. * Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerũt: Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. * Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. * Nos

vero

وفى تلك الايام تكاثر التلاميذ فكان ١ ١
قد تذمروا اليونانيون على العبرانيين لان ٨
ارامله كن يغفلن عنهم فى خدمة
كل يوم * فدعا الاثنا عشر جميع محفل ٢
التلاميذ وقالوا ليس يحسن ان نترك
عن كلمة الله ونخدم الموايد * فانظروا ٣
الان يا اخوة سبعة رجال منكم مشهد
عنهم انهم صالحون ممتلين روحا قدوسا
وحكمة فنوكلهم على هذا الامر * ونحن ٤
نكون

نكون مواظبين على الصلاة وعلى خدمة
الكلمة * فحسن الكلام امام جميع الشعب
فاختاروا اصطفانوس رجلا كان ممتليا
ايمانا وروح القدس وفيلبس وفراخورس
ونيقانور وطيمون وفارمانا ونيقولاوس
الدخيل الانطاكى * هولاى اوقفوهم بين
يدى الرسل فلما صلوا وضعوا عليهم الايادى
* وكانت كلمة الرب تنشو وكان عدد
التلاميذ يكثر فى اورشليم جدا وشعب
كثير من الكهنة كان يطيع الايمان
* فاما اصطفانوس مملوء نعمة وقوة فكان
يعمل ايات وجرايج عظيمة فى الشعب
* فوثب قوم من مجمع يدعى مجمع الليبرطينيين
والقيروانيين والاسكندرانيين ومن اهل
قيليقية ومن اسيا فكانوا يجادلون
اصطفانوس * ولم يكونوا يطيقون الغبوت
مقابل الحكمة والروح الذى كان ينطق
* حينيذ ارسلوا رجالا وعلموهم ان يقولوا
اننا سمعناه يقول كلام افتراء على موسى
وعلى الله * فهتنوا الشعب والمشايخ والكهنة
فاجتمعوا وخطفوه فاتوا به الى المجمع
* واقاموا شهودا كذبة يقولون ان هذا
الرجل ليس يهدى عن ان يتكلم كلاما
مقاوما للمكان المقدس وللتوراة * لاننا نحن
سمعناه قال ان يسوع هذا الناصرى هو
ينقض هذا المكان ويبدل العادات التى
عهدها الينا موسى * فتفرس فيه جميع
اولئك الذين كانوا جلوسا فى المحفل
وابصروا وجهه مثل وجه ملاك

الاصحاح السابع

فقال عظيم الكهنة هل هذه الاقاويل
هكذا هى * فاما هو فقال يا ايها الرجال
اخوتنا وابائنا اسمعوا ان الاله المجد ظهر
لابينا ابراهيم اذ كان بين النهرين قبل ان
ياتى فيسكن حران * وانه قال له اخرج من
ارضك

B vero orationi, & ministerio verbi
5 instantes erimus. * Et placuit ser-
o mo coram omni multitudine. Et
elegerunt Stephanum, virum ple-
num fide, & Spiritu sancto, & Phi-
lippum, & Prochorum, & Nicano-
rem, & Timonem, & Parmenam,
& Nicolaum aduenam Antioche-
6 num. * Hos statuerunt ante con-
7 spectũ Apostolorum: & orantes im-
posuerunt eis manus. * Et verbum
Domini crescebat, & multiplicaba-
tur numerus discipulorum in Ieru-
salem valde: multa etiam turba sa-
8 cerdotum obediebat fidei. * Ste-
phanus autem, plenus gratia & for-
titudine, faciebat prodigia & signa
9 magna in populo. * Surrexerunt
A C autem quidam de synagoga, quæ
appellatur Libertinorum, & Cy-
renensium, & Alexandrinorum,
& eorum qui erant a Cilicia, &
Asia, disputantes cum Stephano:
10 * & non poterant resistere sapien-
tiæ, & Spiritui, qui loquebatur.
11 * Tunc summiserunt viros, qui di-
cerent se audiuisse eum dicentem
verba blasphemiæ in Moysen, & in
12 Deum. * Commouerunt itaque
D plebem, & seniores, & Scribas: &
concurrentes rapuerunt eum, &
13 adduxerunt in concilium, * & sta-
tuerunt falsos testes, qui dicerent:
Homo iste non cessat loqui verba
aduersus locum sanctum, & legem.
14 * audiuimus enim eum dicentem:
quoniam Iesus Nazarenus hic, de-
struet locum istum, & mutabit tra-
ditiones, quas tradidit nobis Moy-
15 ses. * Et intuentes eum omnes,
qui sedebant in concilio, viderunt
faciem eius tamquam faciem An-
geli.

CAP. VII.

1 A Dixit autem princeps sacerdo-
tum: Si hæc ita se habent?
2 * Qui ait: Viri fratres, & patres
audite: Deus gloriæ apparuit pa-
tri nostro Abrahæ cum esset in Meso-
potamia, prius quàm moraretur in
3 Charan, * & dixit ad illum: ‖ Exi de
terra ‖ Gen. 12. 1.

terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi. * Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. *Et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium. * Locutus est autem ei Deus: ‖ Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subijcient, & male tractabunt eos annis quadringentis: * & gentem cui seruierint, iudicabo ego, dixit Dominus. & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto. * ‖ Et dedit illi testamentum circumcisionis: ‖ & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octauo: & ‖ Isaac, Iacob: & Iacob, duodecim Patriarchas. * Et Patriarchæ æmulantes, ‖ Ioseph vendiderunt in Ægyptum. & erat Deus cum eo: * & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius: & ‖ dedit ei gratiam, & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam. * Venit autem fames in vniuersam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri. * ‖ Cum audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto: misit patres nostros primum: * ‖ & in secundo cognitus est Ioseph a fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. * Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob Patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. * ‖ Et descendit Iacob in Ægyptum, & ‖ defunctus est ipse, & patres nostri. * Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, ‖ quod emit Abraham pretio argenti a filijs Hemor filij Sichem. * Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, ‖ creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto, * quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Ioseph. * Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros vt exponerent infantes suos ne viuificarentur. * ‖ Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo

Gen.12 c.15. ‖Ge.15 c. 15. ‖Ge.17 b.10. ‖Ge.21 21.4. ‖Ge.25 c.24.26 ‖Ge.29 f.32. & 35.g.23 ‖Ge.37 f. 28. Gen.41 c.37. ‖Ge.42 2. 3. ‖Ge.45 2.3. Ge.46 2.5. ‖Ge.49 d. 32. ‖Ge.50 2. 5. Ios. 24. g. 32. Gen.33 c.16. ‖Exo.1. 2.7. ‖Exo.2. 2.2. Heb.11 c. 23.

ارضك ومن عند بنى جنسك واتيت الى ارض
اريكها * حينيذ خرج من ارض الكلدانيين ٤ ٤
وسكن فى حران ومن هناك لما مات
ابوه نقله الى هذه الارض التى انتم فيها
سكان اليوم * ولم يعطيه فيها ميراثا ولا ٥ ٥
وطية قدم لكن وعده ان يعطيه اياها ليرثها
ولذريته من بعده ولم يكن له حينيذ ٦
ابن * فكلمه الله قايلا له ان نسله سيكون
غريبا فى ارض غريبة ويستعبدونهم ويسومون
اليهم اربعماية سنة * والشعب الذين يكونون ٧ ٧
يخدمونهم بالعبودية سوف اقضى عليهم انا
قال الرب ومن بعد ذلك يخرجون ويعبدونى
فى هذا المكان * ودفع اليه ميثاق الختان ٨ ٨
وهكذا اولد اسحاق فختنه فى اليوم الثامن
واسحاق ليعقوب ويعقوب لروساء الاباء
الاثنى عشر * ورؤساء الاباء حسدوا يوسف ٩ ٩
وباعوه الى مصر وكان الله معه * وخلصه ١٠ ١٠
من جميع احزانه ومنحه نعمة وحكمة امام
فرعون ملك مصر واقامه رييسا على مصر
وعلى جميع بيته * فحدث جوع وضيق ١١
كبير فى جميع مصر وفى كنعان فلم يكن
لاباينا ما ياكلون * فلما سمع يعقوب ان ١٢
فى مصر قمحا وجه اباينا اولا * ثم المرة الثانية ١٣
عرف يوسف اخوته بنفسه وتبين لفرعون
حسب يوسف * ثم ان يوسف ارسل فاستحضر ١٤
اباه يعقوب وجميع حسبه وكانوا
فى العدد خمس وسبعين نفسا
* فهبط يعقوب الى مصر وتوفى هو واباونا ١٥
* ونقلوا الى شخيم ووضعوا فى المقبرة التى ١٦ ١٩
كان ابراهيم ابتاعها بثمن فضة من بنى
حمور بن شخيم * ولما قرب زمان الميعاد ١٧
الذى عاهد به الله لابراهيم فازداد الشعب
وتكاثر فى مصر * حتى قام ملك اخر لمصر ١٨
لم يكن عارفا ليوسف * فكاد هذا على جنسنا ١٩
واساء الى اباينا حتى يطرحوا اولادهم كيلا
يعيشوا * وفى ذلك الزمان بعينه ولد موسى ٢٠
وكان محبوبا عند الله فربى ثلاثة اشهر فى

بيت

٢١ بيت ابيه * فلما طرح اخذته ابنة فرعون
٢٢ فربته لها ابنًا * فتادب موسى بكل حكمة
المصريين وكان قادرًا فى كلامه وفى
٢٣ اعماله * فلما صار ابن اربعين سنة خطر ببالة
٢٤ ان يفتقد اخوته بنى اسرايبل * فراى
واحدًا مظلومًا فانتقم له وانتصف
٢٥ للمظلوم وقتل المصرى * وظن ان
اخوته يفهمون ان الله على يده يوتيهم
٢٦ الخلاص فلم يفهموا * ومن الغد ظهر لهم
حيما واحد يخاصم اخر فطفق يصلحهما
قايلا يا ايها الرجال انما انتما اخوان فلماذا
٢٧ يوذى احدكما لصاحبه * واما الذى اسا لصاحبه
فدفعه من عنده وقال له من اقامك علينا
٢٨ رييسا وقاضيا * العلك تريد قتلى كما قتلت
٢٩ بالامس ذلك المصرى * فهرب موسى فى هذه
الكلمة وصار غريبًا فى ارض مديان وصار له
٣٠ هناك ابنان * فلما تمت اربعين سنة ترايا
له فى برية طورسينا ملاك فى نار تضطرم فى
٣١ عليقة * فلما ابصر موسى ذلك تعجب من
المنظر فاذ تقدم هو لينظر صار اليه صوت
٣٢ الرب قايلا * انا هو الاه ابايك الاه ابراهيم
والاه اسحاق والاه يعقوب واذ كان موسى
مرتعدا ولم يجترى ان يتفرس فى الرويا
٣٣ * فقال له الرب اخلع خفيك عن قدميك
لان المكان الذى انت فيه قايم هى ارض
٣٤ مقدسة * عيانا عاينت ضيق شعبى الذى
بمصر وسمعت زفراتهم فنزلت لاخلصهم فهلم
الان فارسلك الى مصر * فموسى هذا الذى
انكروه قايلين من اقامك رييسا او قاضيا
لهذا بعث الله رييسا ومخلصا بيد
ذلك الملاك الذى ترايا له فى العليقة
٣٦ * فهذا اخرجهم بصنع معجزات وايات
فى ارض مصر وفى البحر الاحمر وفى البرية
٣٧ اربعين عاما * هذا هو موسى الذى قال
لبنى اسرايبل ان الله يقيم لكم نبيا من
٣٨ اخوتكم مثلى فتسمعون له * هذا هو الذى
كان فى الجماعة فى البرية مع ذلك الملاك
الذى

21 domo patris sui. * Exposito autem
illo, sustulit eum filia Pharaonis,
22 & nutriuit eum sibi in filium. * Et
eruditus est Moyses omni sapien-
tia Ægyptiorum, & erat potens in
23 verbis, & in operibus suis. * Cum
autem impleretur ei quadraginta
annorum tempus, ascendit in cor
eius vt visitaret fratres suos filios
24 Israel. * ‖ Et cum vidisset quem- ‖Exo.2.
dam iniuriam patientem, vindicauit b.12.
illum: & fecit vltionem ei, qui in-
iuriam sustinebat, percusso Æ-
25 gyptio. * Existimabat autem intel-
ligere fratres, quoniam Deus per
manum ipsius daret salutem illis: at
26 illi non intellexerunt. * ‖ Sequenti ‖Exo.2.
vero die apparuit illis litigantibus: b.13.
& reconciliabat eos in pace, dicens:
Viri, fratres estis, vt quid nocetis
27 alterutrum? * Qui autem iniuriam
D faciebat proximo, repulit eum, di-
cens: Quis te constituit principem,
28 & iudicem super nos? * numquid
interficere me tu vis, quemadmo-
dum interfecisti heri Ægyptium?
29 * Fugit autem Moyses in verbo isto:
& factus est aduena in terra Madian,
30 vbi genuerauit filios duos. * Et ex-
pletis annis quadraginta, ‖ appa- ‖Exo.3.
ruit illi in deserto montis Sina An- 2. 2.
31 gelus in igne flammæ rubi. * Moy-
ses aũt videns, admiratus est visum,
& accedente illo vt consideraret, fa-
ctaest ad eum vox Domini, dicens:
32 * Ego sum Deus patrum tuorum,
Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus
Iacob. Tremefactus autem Moyses,
33 non audebat considerare. * Dixit
aũt illi Dãus: Solue calceamentum
pedum tuorum; locus enim in quo
34 stas, terra sancta est. * Videns vi-
di afflictionem populi mei, qui est
in Ægypto, & gemitum eorum au-
diui, & descendi liberare eos. Et
nunc veni, & mittam te in Ægyp-
35 tum. * Hunc Moysen, quem ne-
gauerunt, dicentes: Quis te consti-
tuit principem & iudicem? hunc
Deus principem & redemptorem
misit, cum manu Angeli, qui ap-
36 paruit illi in rubo. * ‖ Hic eduxit ‖Ex.7.8
E illos faciens prodigia, & signa in 9.10.11
terra Ægypti, & in rubro mari, & 14.
37 in deserto annis quadraginta. * Hic
est Moyses, qui dixit filijs Israel:
‖ Prophetam suscitabit vobis Deus ‖Ex.16.
de fratribus vestris, tamquam me, a. 1.
38 ipsum audietis. * ‖ Hic est, qui fuit Deu.18
in Ecclesia in solitudine cũ Angelo, c.15.
qui ‖Ex.19.
a.3.

qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris: qui accepit verba vitæ dare nobis: * Cui 39
noluerunt obedire patres noſtri: ſed repulerunt, & auerſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum, * dicentes ad 40
Exo.32 a.1. Aaron: Fac nobis Deos, qui præcedant nos: Moyſes enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei. * Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum. * Conuertit autem Deus, & 42
tradidit eos ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in Libro Prophetarum: Amos. 5.g.25. Numquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? * Et 43
ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Rempham, figuras, quas feciſtis, adorare eas. Et tranſferam vos trans Babylonem. * Ta- 44 F
bernaculum Teſtimonij fuit cum patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, Exo.25 d.40. loquens ad Moyſen, vt faceret illud ſecundum formam, quam viderat. * Heb.8 b.9. Quod 45
& induxerunt, ſuſcipientes patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionem Iof.3.c.14 Gentium, quas expulit Deus a facie patrum noſtrorum, vſque in diebus Dauid, * 1 Reg. 16.c.13 qui inuenit gratiam 46
ante Deum, & petijt vt inueniret Pſ.131.a.5. tabernaculum Deo Iacob. * 1 Salo- 47
mon autem ædificauit illi domum. 2 Par.17 c.12. * Sed non excelſus in manufactis 48
habitat, ſicut propheta dicit: * 3 Reg.6 a.1. Cælum mihi ſedes eſt, terra autem 49
ſcabellum pedum meorum. Quam Iſai.66. a.1. domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ eſt? * Nonne manus mea fe- 50
cit hæc omnia? * Dura ceruice, & 51
incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos. * Quem 52 G
Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis: * qui accepiſtis le- 53
gem in diſpoſitione Angelorum, & non cuſtodiſtis. * Audientes autem 54
hæc diſſecabantur cordibus ſuis; & ſtridebant dentibus in eũ. * Cum aũt 55
eſſet

الذى كان يكلمه فى طور سيناء ومع ابائنا
وهو الذى قبل كلام الحياة ليعاهده الينا
* فلم يشاء اباونا الانقياد له ولكنهم ٣٩
رفضوه ورجعوا بقولبهم الى مصر * اذ قالوا ٤٠
لهارون اصنع لنا الهة ليسبقونا من اجل
ان هذا موسى الذى اخرجنا من ارض
مصر لسنا ندرى ما اصابه * فعملوا عجلا ٤١
كلك الايام وذبحوا ذبايح للوثن وكانوا
يتنعمون باعمال ايديهم * فرجع الله ٤٢
واسلمهم ليكونوا يعبدون جنود السماء
كما هو مكتوب فى كتاب الانبياء العلكم
اربعين سنة فى البرية قربتم لى قربانا او ذبيحة
يا بيت اسرايل * بل اخذتم خيمة ملكوم ٤٣
وكوكب الهكم رمفام الاشباه التى
صنعتموها لتكونوا تسجدون لها فانقلكم
الى ابعد من بابل * قبة الشهادة كانت مع ٤٤
اباينا فى البرية كما رتب لهم الله اذ كلم
موسى ليصنعها فى الشبة الذى راه * هذه ٤٥
التى ادخلوها اذ قبلها اباونا مع يشوع
الى مقتنى الامم الذين اخرجهم الله عن
وجه اباينا الى ايام داود * الذى ظفر ٤٦
بالنعمة امام الله وسال ان يجد مسكنا
لاله يعقوب * فاما سليمان بنى له البيت ٤٧
* والعلى ليس يحل فى صنعة الايادى كما ٤٨
قال النبى * ان السماء كرسى لى والارض
موطى قدمى اى بيت تبنون لى قال الرب
واى مكان هو راحتى * اليس يدى هى ٤٩
خلقت هذه كلها * يا ايها القساة ٥٠
الرقاب وغير المختونين بقلوبهم ولسامعهم
انتم فى كل حين مقاومون لروح القدس
مثل اباكم كذلك انتم ايضا * فايا هو ٥١
من الانبيا لم تضطهدوا اباوكم وقتلوا الذين
سبقوا فانبوا بمجى البار الذى انتم الان
اسلمتموه وقتلتموه * انتم الذين قبلتم ٥٢
الشريعة برتبة الملايكة ولم تحفظوها
* فلما سمعوا هذا امتلوا حنقا فى نفوسهم ٥٣
وجعلوا يصرون اسنانهم عليه * وهو اذ ٥٤
كان

esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem a dextris
56 Dei. * Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in
57 eum. * Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.
58 * Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine
59 Iesu suscipe Spiritum meum. * Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius.

CAP. VIII.

1 A Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. * Curauerunt autem Stephanum viri timo-
2 rati, & fecerunt planctum magnum
3 super eum. * Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tra-
4 debat in custodiam. * Igitur qui dispersi erant pertransibant, euan-
5 gelizantes verbum Dei. * Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.
6 * Intendebant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ
7 faciebat. * Multi enim eorum, qui
8 habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici, & claudi curati
8 sunt. * Factum est ergo gaudium
9 magnum in illa ciuitate. * Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse ali-
10 quem magnum: * cui auscultabant

C om-

كان ممتليا من روح القدس تفرس فى
السماء فراى مجد الله ويسوع قايما عن يمين
الله فقال هانذا ارى السموات مفتوحة
٥٦ وابن البشر اذ قايما عن يمين الله * فصرخوا
بصوت عظيم وسدوا اذانهم فهجموا
٥٧ عليه معا باجمعهم * واخرجوه خارج
المدينة وجعلوا يرجمونه والشهود وضعوا
ثيابهم عند رجلى شاب يدعى شاوول
٥٨ * وكانوا يرجمون اصطفانوس وهو يصلى
٥٩ ويقول يا رب يسوع اقبل روحى * ولما خر
على ركبتيه هتف بصوت عالى وقال يا
رب لا تقم لهم هذه الخطية فلما قال هذا
هجع فى الرب فاما شاوول فكان موافقا لهم على
قتله

الاصحاح الثامن

١ فحدث فى ذلك اليوم اضطهاد عظيم للبيعة
التى فى اورشليم وتبددوا كلهم فى قرى
اليهودية والسامرة ما خلا الرسل فقط
٢ * وان رجالا متقين كفنوا اصطفانوس
٣ وبكوا عليه بكاء عظيما * فاما شاوول
فكان يخرب البيعة اذ كان يدخل المنازل
ويجر الرجال والنساء ويسلمهم الى السجن
٤ * واولئك الذين تفرقوا كانوا يجوزون
٥ وينادون بكلمة الله * واما فيلبس فانحدر
الى مدينة السامرة وجعل ينادى لهم
٦ بامر المسيح * وكان الجموع يصغون لما
كان يقوله فيلبس بقلب واحد اذ هم
يسمعون ويرون الايات التى كان يعمل
٧ * فان كثيرا كانت تعتر بهم الارواح
النجسة كانوا يهتفون بصوت عالى وتخرج
منهم وكثيروهم مخلعون ومقعدون
٨ بريوا * فكان فى تلك المدينة فرح عظيم
٩ * وكان رجل اسمه سيمون قد كان قبلا
فى المدينة ساحرا يضل شعب السامرة اذ
١٠ كان يقول عن نفسه انه كبير * يصغى له
جميعهم

omnes a minimo vſq; ad maximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.* Attendebant autem eum: propter quod multo tempore magijs ſuis dementaſſet eos. * Cum vero credidiſſent Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri ac mulieres. * Tunc Simon & ipſe credidit: & cum baptizatus eſſet adhærebat Philippo. Videns etiam ſigna & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur. * Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: * Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum ſanctum. * Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu. * Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. * Cum vidiſſet autem Simon quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, * dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cui-cunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: * Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. * Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto, cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. * Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. * In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe. * Reſpondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominũ, vt nihil veniat ſuper me horũ, quæ dixiſtis. * Et illi quidem teſtificati & locuti verbum Domini, redibant Ieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. * Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum ad viam, quæ deſcendit ab Ieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta. * Et ſurgens abijt. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, potens Candacis Reginæ Æthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius: venerat adora-

جميعهم من صغيرهم حتى الى كبيرهم ١٠
يقولون ان هذا هو قوة الله التى تقال عظيمة
* وكانوا ينصتون له لانه قد كان يطغيهم بسحره ١١
زمانا كثيرا * فلما صدقوا فيلبس الذى ١٢
كان يبشر بملكوت الله باسم يسوع المسيح
كان الرجال والنساء يصطبغون * وحينيذ ١٣
سيمون هو ايضا امن واعتمد وكان متصلا
بفيلبس واذ كان يعاين الايات والجرايج
الكبار التى كانت فتبهت وتعجب * فلما ١٤
سمع الرسل الذين فى اورشليم ان اهل
السامرة قد قبلوا كلمة الله ارسلوا اليهم
بطرس ويوحنا * فاتيا وصليا عليهم كى ١٥
cantantes in cordibus veſtris Deo.
17 * ‖ Omne quodcumque facitis in
verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias
agentes Deo & Patri per ipſum.
18 * ‖ Mulieres ſubditæ eſtote viris,
19 ſicut oportet, in Domino. * Viri
diligite vxores veſtras, & nolite
20 amari eſſe ad illas. * ‖ Filij obedi-
D te parentibus per omnia: hoc enim
21 placitum eſt in Domino. * ‖ Patres,
nolite ad indignationem prouocare
filios veſtros, vt non puſillo animo
22 fiant. * Serui obedite per omnia
dominis carnalibus, non ad oculum
ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, ti-
23 mentes Deum. * Quodcumque facitis, ex animo operamini ſicut Domino,

6 * propter quæ venit ira Dei ‖ Rom. 6. 2. 4. Eph. 4 c. 23.
8 ‖ Nunc autem Heb. 12 2. 1. 1. Pet 2 2. 1. & 4. 2.
11 * vbi non eſt Gentilis ‖ 2. Cor. 10. 3. 31
12 ‖ Induite vos ergo ſicut electi Eph. 6, b. 12.
18 * ‖ Mulieres ſubditæ eſtote viris, ‖ Eph. 5. c. 22. 1. per. 3 2. 1.
20 ‖ Filij obedite parentibus per omnia ‖ Eph. 6. a. 1.
21 ‖ Patres, nolite ad indignationem ‖ Eph. 6. a. 4. Tit. 2. c. 9.
22 * Serui obedite per omnia 1. Pet. 2 c. 18

الى اهل قولاسايس ١٩٧

١ الاوثان * ان من اجل هذه يحل غضب الله
٧ بابناء المعصية * وبها سعيتم ايضا انتم
٨ قبل حين كنتم تحيون فيها * فاما الان
فاطرحوا انتم ايضا عنكم كل هذه اعنى
الغضب والحرد والخبث والافتراء والكلام
٩ القبيح عن افواهكم * ولا يكذب بعضكم
لبعض بل اخلعوا الانسان العتيق مع
١٠ سيرته * والبسوا الانسان الحديث الذى
١١ يتجدد بالعلم حسب شبه خالقه * حيث
ليس شعوبى ولا يهودى ولا ختان ولا غرلة
لا عجمى ولا شطى لا عبد ولا حر ولكن
١٢ الكل وفى الكل المسيح * فالبسوا الان
كاصفياء الله الاطهار الاحباء احشا الرافة
١٣ والسهولة والتواضع والحلم والصبر * وكونوا
يحتمل بعضكم بعضا ويغفر بعضكم لبعض
ان كان باحد على صاحبه اشتكا فكما
غفر لكم الرب كذلك فاغفروا انتم ايضا
١٤ * وعلى هذه الاشيا كلها لتكن فيكم المحبة
١٥ فانها وثاق الكمال * وسلام المسيح يبتهج
فى قلوبكم الذى له دعيتم بجسد واحد
١٦ وكونوا من اصحاب الشاكرين * لتحل
كلمة المسيح فيكم بفضل بكل حكمة
وكونوا تعلمون نفوسكم وتعظون بالمزامير
والتسابيح واغانى الروح بالنعمة تكونوا
١٧ ترتلون لله فى قلوبكم * وكلما تعملون من
قول او فعل فالكل باسم الرب يسوع المسيح
١٨ شاكرين لله الاب به * يا ايتها النساء اخضعن
١٩ لبعولكن كما يحق بالرب * يا ايها الرجال
٢٠ احبوا نساكم ولا تمرروا عليهن * يا ايها
الابناء اطيعوا اباكم فى كل شىء فان هكذا
٢١ يحسن عند الرب * يا ايها الاباء لا تغضبوا
٢٢ ابناكم ليلا يصيروا ذليلى القلوب * يا
ايها العبيد اطيعوا اربابكم الجسدانيين فى
كل شىء لا بالمراياة لهم كما يجعل الى الناس
٢٣ بل بقلب سليم وتقوى الله * ومهما عملتم
من شىء فاعملوا من كل قلوبكم كما يعمل

للرب

mino, & non hominibus: * scientes quòd a Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. * ‖ qui enim iniuriam facit, recipiet id, quod iniquè gessit: & non est personarum acceptio apud Deum.

CAP. IV.

DOmini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo. * ‖ Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione: * ‖ orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) * vt manifestem illud ita vt oportet me loqui. * ‖ In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt: tempus redimentes. * Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. * Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: * quē misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat, quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra, * cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. * Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum: * & Iesus, qui dicitur Iustus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. * Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. * Testimonium enim illi perhibeo quòd habet multū laborē pro vobis, & pro ijs, qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. * Salutat vos Lucas medicus charissimus, & De-

24 7 Rom. 12.b.5. 25

1 A 2 1 Luc.18 a.1. 1 Thes. 5 d.17. Eph. 6. c.19. 2 Thes. 3 a.1. 3 4 5 6 Eph.5. d.15. B 7 8 9 10 C 11 12 13 D 14

وسالة مار بولس الرسول ٢٤٠

للرب لاكما يعمل للناس * اذ انتم تعلمون ٢٤
انكم تاخذون جزاء الميراث فاعبدوا الرب
المسيح * لان الظالم يقبل الجزاء على ظلمه ٢٥
وليس محاباة عند الله

الاصحاح الرابع

يا ايها الارباب اعدلوا على عبيدكم وساووا ١
بينهم وكونوا عارفين بان لكم ايضا ربا
فى السماء * داوموا الصلاة وكونوا فيها ٢
متيقظين شاكرين * ومصلين علينا ايضا ٣
ليفتح الله لنا باب المنطق للكلام بسر
المسيح الذى انا اسير فى سببه * لاعلنه ٤
واتكلم به كما يجب علىّ * وسعوا بالحكمة عند ٥
الذين هم من خارج واشتروا الزمان
* وليكن كلامكم فى كل حين بالنعمة ٦
مصلوحا بالملح لتعرفوا كيف ينبغى لكم
ان تجيبوا انسانا انسانا * وكلما عندى ٧
سيخبركم به طوخيقوس الاخ الحبيب والخادم
الامين العبد معنا بالرب * هذا الذى ٨
وجهته اليكم فى هذا الامر ليعرف ما
عندكم ويعزى قلوبكم * مع اناسيمس الاخ ٩
الحبيب الامين الذى هو رجل منكم وهما
يعلمانكم خبر هذا البلد بكلما هو هاهنا
* يقربكم السلام ارسطرخوس المسبى معى ١٠
ومرقس ابن عم برنابا الذى قبلتم به الوصية
فاقبلوه ان سار اليكم * ويسوع الذى يدعى ١١
يسطوس هولاى الذين هم من اهل الختان
وهم وحدهم اعوانى فى ملكوت الله وهم كانوا
عزاى * ويقربكم السلام ابفراس الذى هو ١٢
منكم عبد يسوع المسيح ويهتم كل حين
فى الصلاة عليكم لتقوموا كاملين
مملوين فى كل مرضاة الله * وانا ١٣
شاهد له ان له تعب كثير عنكم وعن
الذين هم بلاذقية والذين فى يارابولس
* يقربكم السلام لوقا الطبيب الحبيب ١٤

15 & Demas. * Salutate fratres, qui
sunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ
16 in domo eius est, Ecclesiam. * Et
cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, facite vt & in Laodicensium
Ecclesia legatur: & eam, quæ Lao-
17 dicensium est, vos legatis. * Et
dicite Archippo: Vide
ministerium,
quod accepisti in Domino, vt
18 illud impleas. * Salutatio,
mea manu Pauli. Me-
mores estote
vinculorum
meo-
rum. Gratia vobis-
cum. Amen.

15 ودماس * اقـروا السـلام على الاخـوة الذين
بلاذقيـة ونيمفـان والجماعـة التى فى
16 بيته * واذا قريت هذه الرسالـة عليكم
فامروا ان يقرى على اهل بيعة اللاذقيـة
واقـروا انتـم ايضـا رسالـة اللاذقيـين
17 * وقولـوا لارخيفوس احتفظ بالخدمـة
التى قبلـت بالـرب حتى تكملها
18 * وانـا بولس خططـت هـذا
السـلام بيدى فاذكـروا
اسرى والنعمة
معكـم
امين

رسالة
مار
بولس الرسول
الى اهل
تسالونيقي
الاولى

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

الاصحح الاول

1 PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus Eccle-
A siæ Theſſalonicenſium in Deo Patre, & Dño Iesu Christo.* Gratia vobis & pax.
2 Gratias agimus Deo ſemper pro om-
B nibus vobis, memoriã veſtri facientes
in orationib* noſtris ſine intermiſſio-
3 ne,* memores operis fidei veſtræ, & laboris

1 من بولس وسلوانس وطيماثاوس الى جماعة
A النسالونيقيين بالله الاب وبالرب يسوع
2 المسيح* النعمة معكم والسلام ثم انا نشكر
B الله عن جميعكم فى كل حين وندمن ذكركم
3 فى صلواتنا* وندكر اعمال ايمانكم وتعبكم
ومحبتكم

laboris, & charitatis, & fuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum & Patrem noſtrum: * ſcientes fratres, dilecti a Deo, electionem veſtram: * quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. * Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus ſancti: * ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macenia, & in Achaia. * A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini, non ſolum in Macedonia, & in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra, quæ eſt ad Deum, profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quidquam loqui. * Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad Deum a ſimulacris, ſeruire Deo viuo, & vero, * & expectare Filium eius de cælis (quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura.

CAP. II.

NAm ipſi ſcitis, fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: * ſed ante paſſi, & contumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad vos Euangelium Dei in multa ſolicitudine. * Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, * ſed ſicut probati ſumus a Deo vt crederetur nobis Euangelium: ita loquimur, non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. * Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt: * neque quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab alijs. * Cum poſſemus vobis oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tamquam ſi nutrix foueat filios ſuos. * Ita deſiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. * Memores enim eſtis fratres

وتعبكم وصبر رجايكم بربنا يسوع المسيح قدام الله ابينا * ونحن عارفون باختياركم يا اخوتنا الاحبا لله * لان تبشيرنا ليس بالكلام فقط كان لكم بل بالقوة ايضا وبروح القدس وبملوء كثير كما انتم تعلمون كيف كنا بينكم من اجلكم * فقد تشبهتم بنا وبالرب وقبلتم الكلمة على ضيق شديد بفرح روح القدس * حتى ان صرتم مثالا لجميع المومنين بماقدونية وباخاييه * لان من قبلكم انتشرت كلمة الرب لا بماقدونية واخاييه فقط بل فى كل بلد ذاع ايمانكم بالله حتى ان لا نحتاج نحن ان نقول شيء * انهم هم يخبرون بنا كيف كان مدخلنا اليكم وكيف اقبلتم الى الله من الاوثان لتعبدوا الله الحى الحق * وتنتظروا ابنه من السماء يسوع الذى بعثه من بين الاموات الذى نجانا من الرجز الاتى

الاصحاح الثانى

وانتم تعرفون يا اخوتي ان مدخلنا اليكم لم يكن باطلا * ولكنا المنا اولا وشتمنا كما تعلمون بفيلبسيوس ثم جينيد اتكلنا على الاهنا ان نكلمكم ببشرى الله بجهاد شديد * وموعظتنا ليست بضلالة ولا نجاسة ولا بمكر * ولكن كاختيار الله ايانا لنوتمن على الانجيل وهكذا نتكلم لا كانما نريد رضى الناس بل رضى الله الذى يمتحن قلوبنا * لاننا لم نكن قط فى قول التملق كما قد علمتم ولا فى علة بخل : الله يشهد بذلك * ولم نلتمس المدحة من الناس لا منكم ولا من غيركم * حين كنا نقدر ان نكون موقرين لكم كرسل المسيح بل كنا بينكم كالاطفال بمنزلة مربية تربي بنيها * كذلك كنا نحن ايضا محبكم ونتوق الى ان نعطيكم ليس بشرى الله فقط بل وانفسنا ايضا لانكم احباونا * وانتم تذكرون يا اخوتنا

انما

laboris noſtri, & fatigationis: * nocte ac die operantes ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. * Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè, & iuſtè, & ſine querela, vobis, qui credidiſtis, fuimus: * ſicut ſcitis, qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) * deprecantes vos, & conſolantes, teſtificati ſumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum, & gloriam. * Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed (ſicut eſt vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. * vos enim imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris, ſicut & ipſi a Iudæis: * qui & Dominum occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, * prohibentes nos Gentibus loqui vt ſaluæ fiant, vt impleãt peccata ſua ſemper: peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem. * Nos autem fratres deſolati a vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde, abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio: * quoniam voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus, & ſemel, & iterum, ſed impediuit nos ſatanas. * Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? * vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

1 Act. 20 g. 34 1. Cor. 4. c. 12. 2. Theſ. 3. b. 8.

انا قد كنا نتعب ونكد بايدينا عاملين
ليلا ونهارا ليلا نثقل على احد منكم ونناديكم
بشرى الله * وانتم شهود وشاهد هو
الله كيف بالنقاء والبر وبلا لوم كنا
عندكم انتم المومنون * كما قد تعرفون اننا
الى واحد واحد منكم كنا * نطلب معزين
لكم كما الاب لبنيه وناشدناكم ان تسعوا
كما يجب لله الذى دعاكم الى ملكوته
ومجده * ولهذا الامر نحن ايضا ندمن الشكر
لله لان اذ قبلتم منا كلمة سماع الله
فقبلتموها ليس ككلمة الناس ولكن كما
انها بالحق كلمة الله الذى يعمل فيكم
انتم يا معشر المومنين * وانتم يا اخوتي قد
تشبهتم بجماعات الله التى هي باليهودية
بيسوع المسيح لانكم قد احتملتم ايضا من
عشيرتكم مثل التى هم احتملوها من
اليهود * اوليك الذين قتلوا الرب يسوع
والانبياء وطردونا نحن ايضا ولا يرتضى بهم
الله وقد صاروا اضدادا لجميع الناس * حين
يمنعوننا من كلام الشعوب ليخلصوا
استتماما لخطاياهم فى كل حين وقد ادركهم
سخط الله الى العاقبة * فاما نحن يا اخوتنا
فقد صرنا ايتاما منكم فى زمان قليل
بوجهنا لا بقلوبنا وقد حرصنا حرصا على
النظر الى وجوهكم بحب شديد * اننا نوينا
ان نقدم اليكم وانا بولس مرة ومرتين
ولكن عاقنا الشيطان * فاى شئ هو
رجاونا وسرورنا واكليل فخرنا.
الا انتم امام يسوعنا
المسيح
فى مجيه
* فانكم
مدحتنا
وبهجتنا

CAP.

الاصاح

CAP. III.

1 A PRopter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis: * 2 & misimus Timotheum fratrem nostrum, & minist. 1. Th. 3. 2. rum Dei in Euangelio Christi ad confirmandos vos, & exhortandos 3 pro fide vestra: * vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. 4 B * Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes; sicut & factum est, & 5 scitis. * Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat 6 labor noster. * Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annunciante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque 7 vos: * ideo consolati sumus, fratres, C in vobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram, 8 * quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino. * Quam enim gra- 9 tiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante 10 Deum nostrum, * nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea, 11 quæ desunt fidei vestræ? * Ipse autem D Deus, & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat 12 viam nostram ad vos. * Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes, quemadmodum 13 & nos in vobis: * ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IV.

1 A DE cetero ergo, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis vt abundetis magis. 2 * Scitis enim quæ præcepta dederim vobis, per Dñm Iesum. * 3 Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: * 1. Thess. 4. 3. Eph. 5. 17.

الاصحاح الثالث

١ ولذلك اذ لم نصبر اكثر احببنا ان
٢ نتخلف باثنانس وحدنا * ونوجهنا اليكم
طيماثاوس اخانا خادم الله فى بشرى المسيح
٣ ليثبتكم ويعظكم فى ايمانكم * لئلا يتغير
احد فى هذه الشدايد فانتم تعلمون اننا
٤ لهذا وضعنا. وحين كنا عندكم قد تقدمنا
فاعلمناكم اننا مزمعون ان نتالم بلايا كما
٥ كان وانتم تعلمون * ولذلك انا ايضا لم
اصبر فارسلت لاعرف ايمانكم من ان يجربكم
٦ المجرب فيكون تعبنا باطلا * فاما الان منذ
قدم الينا طيماثاوس من عندكم فبشرنا
بايمانكم ومحبتكم وبحسن ذكركم لنا فى
كل حين وانكم مشتاقون الى رويتنا كاشتياقنا
٧ * الى رويتكم * فقد تعزينا لذلك بكم يا
اخوتنا فى جميع احتياجنا وشدتنا من
٨ اجل ايمانكم * اننا نحن الان نحيى ان انتم
٩ قمتم ثابتين بالرب * فاى شكر نستطيع ان
نودى عنكم الله على كل سرور نسره فى سببكم
١٠ قدام الاهنا * انا ليلا ونهارا نكثر الابتهال
الى الله فى ان نرى وجوهكم ونكمل نقايص
١١ ايمانكم * والله ابونا وربنا يسوع المسيح
١٢ يسهل سبيلنا اليكم * ويكثركم الله ويزيد
محبتكم بعضنا لبعض والى اجمعين كما نحن
١٣ ايضا اليكم * لتثبيت قلوبكم بلا لوم فى
الطهارة قدام الله ابينا عند مجى ربنا يسوع
المسيح مع جميع قديسيه امين

الاصحاح الرابع

١ ومن الان يا اخوتى نسالكم ونتضرع اليكم
بالرب يسوع ان كما قبلتم منا كيف ينبغى
لكم ان تسعوا وترضوا الله فهكذا ايضا
٢ اسعوا لكى تتزيدوا زيادة اكثر * فقد عرفتم
٣ اى وصايا استودعتكم بالرب يسوع * فانها
هذه ارادة الله اى طهارتكم ان تكونوا

مجتنبين

vestra vt abstineatis vos a fornicatione, * vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore: * non in passione desiderij, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum: * & ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. * non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. * Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis. * De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: * ipsi enim vos a Deo didicistis vt diligatis inuicem. * Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis, * & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. * Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri, qui spem non habent: * Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. * Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, * quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt. * Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. * Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. * Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

* Io. 13 d. 34. & 15. b. 17
1. Io. 3. b. 10. & 4. d. 13.

1. Cor. 15. d. 23

مجتنبين الزنا * ويكون كل انسان منكم ٤
يحسن يمسك اناه بالطهارة والكرامة * ولا ٥
بالم الشهوة كالامم الذين لا يعرفون الله
* ولا يتطاول احد على اخيه في امر ولا ٦
يكيده لان الرب هو المنتقم لهذه الاشيا
كلها كما قلنا لكم من قبل وناشدناكم
* لان الله لم يدعنا للنجاسة بل للطهارة ٧
* فالذي يهين هذه فليس هو يهين للانسان ٨
بل لله ذلك الذي جعل روحه القدوس
فينا * فاما مودة الاخوة فلستم محتاجين الى ٩
ان نكتب اليكم انتم لانكم من انفسكم قد
تعلمتم من قبل الله ان يحب بعضكم بعضا
* انكم تفعلون ذلك بجميع الاخوة بمقدونية ١٠
كلها وانما نطلب اليكم يا اخوتي ان
تفضلوا تفاضلا اكثر * وتجتهدوا ان تكونوا ١١
ساكنين مقبلين على اعمالكم وتكدوا بايديكم
كما اوصيناكم وتسعوا بالقنوع عند الخارجين
ولا تشتهوا شيء احد * ونحب ان تعلموا يا ١٢
اخوتي فيما للراقدين لكيلا تحزنوا كساير الناس
الذين لا رجاء لهم * لاننا ان كنا نومن ١٣
بان يسوع مات وانبعث فكذلك ايضا الذين
رقدوا بيسوع ياتي الله بهم معه * اننا نخبركم ١٤
بهذا عن قول الرب اننا نحن الذين نبقى
احيا في مجي الرب لا نسبق الذين رقدوا
* لان الرب ذاته بامره وبصوت رييس الملايكة ١٥
وببوق الله ينزل من السماء والموتى في المسيح
ينبعثون اولا * وعند ذلك نحن الذين ١٦
نبقى احياء نختطف معهم جميعا بالغمام
لنلقا المسيح في الهوا فكذلك نكون مع الرب
في كل حين * فليعز بعضكم بعضا بهذا الكلام ١٧

CAP. V.

الاصحاح الخامس

DE temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis. * Ipsi enim diligenter scitis quia dies Dñi sicut fur in nocte, ita veniet. * cum enim dixerint pax,

* 2. Pet. 3. c. Apoc. 3. a. 3. & 16. c. 15

واما الازمنة والاوقات يا اخوتي فليست ١ A
بكم حاجة الى ان نكتب فيها اليكم ٢
* لانكم تعلمون يقينا ان يوم الرب انما يجي ٣
كجي اللص ليلا * انهم بينما يقولون هدو
وسكون

وسكون فهنالك يهجم عليهم البوار بغتة كما
٣ يهجم المخاض على الحبلى ولا يفلتون * فاما
٤ انتم يا اخوتي فلستم فى ظلمة حتى
٥ يدركم ذلك اليوم كاللص * لانكم
اجمعين ابناء نور وابنا نهار ولسنا ابناء ليل
٦ ولا ابنا ظلام * فلا نرقد الان كساير الناس
٧ ولكن لنكن متيقظين صاحين * فان الذين
ينامون فبالليل ينامون والذين يسكرون
٨ فبالليل يسكرون * فاما نحن الذين ابناء
النهار فلنكن صاحين لابسين درع الايمان
٩ والمحبة بيبضة رجاء الخلاص * لان الله لم يجعلنا
للسخط بل لاقتناء الخلاص بربنا يسوع المسيح
١٠ * ذلك الذى مات بسببنا كيما متيقظين
١١ كنا او راقدين نحى معه جميعا * فلذا
فليعز بعضكم بعضا وليبن بعضكم بعضا كما
١٢ قد تصنعون ايضا * ونطلب اليكم يا اخوتى
ان تكونوا تعرفون الذين يتعبون فيكم وهم
١٣ ولاتكم بالرب ويعظونكم * ليكونوا عندكم
بافضل المحبة من اجل عملهم وسالموهم
١٤ * ونسالكم يا اخوتنا ادبوا القلقين شجعوا
لصغار القلوب اقبلوا الضعفا وتانوا بارواحكم
١٥ على كل احد * احفظوا ان يجازى احد
منكم سيية بسيية ولكن احرصوا كل
حين فى اثر الصالحات بعضكم لبعض ولكل
١٦ احد * افرحوا فى كل حين * وصلوا بلا فتور
١٧ * واشكروا فى كل شىء فان هذه هي مشية
١٨ الله فيكم اجمعين بيسوع المسيح * لا تطفوا
١٩ الروح * ولاتزدلوا النبوات * وامتحنوا الاشيا
٢٠ ٢١ كلها وتمسكوا بما هو حسن * واهربوا من
٢٢ كل شبه شر * والله الاله السلام يقدسكم فى
الجميع لتحفظ ارواحكم سالمة ونفوسكم
واجسادكم بلا لوم الى مجى ربنا يسوع
٢٣ المسيح * والذي دعاكم هو امين وهو ايضا
٢٤ ٢٥ يفعل * يا اخوتى صلوا علينا * وسلموا الى
٢٦ ٢٧ جميع اخوتنا بالقبلة الطاهرة * وافسم عليكم
بالرب ان تقرؤا رسالتنا هذه على الاخوة الاطهار
٢٨ اجمعين * ونعمة ربنا يسوع المسيح معكم امين

رسالة

pax, & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. * Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos die illa tamquam fur comprehendat: * omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum. * Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrij simus. * Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. * Nos autem, qui
B diei sumus, sobrij simus, * induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis: * quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, * qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. * Propter quod consolamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis. * Rogamus
C autem vos fratres vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos, * vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis. * Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. * ‖ Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini inuicem, & in omnes. * Semper gaudete. * ‖ Sine intermissione orate. * In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. * Spiritum nolite extinguere. * Prophetias nolite spernere. * Omnia autem probate: quod bonum est tenete. * Ab omni specie mala abstinete vos.
D * Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. * ‖ Fidelis est, qui vocauit vos: qui etiam faciet. * Fratres orate pro nobis. * Salutate fratres omnes in osculo sancto. * Adiuro vos per Dominum vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. * Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

4 Matth. 24. c. 42. Ephes. 5. c. 14. Rom. 13. c. 11. 5 Ephes. 5. c. 8. Luc. 16. c. 8. 6 Matth. 25. c. 13. Marc. 13. c. 33. Luc. 21. c. 36. 8 Ephes. 6. c. 14. Isai. 59. c. 17. 9 Ephes. 5. c. 6. 11 Rom. 14. c. 19. 15 Rom. 12. c. 17. 16 Philip. 4. c. 4. 17 Rom. 12. c. 12. Ephes. 6. c. 18. 18 Ephes. 5. c. 20. 19 1. Thess. 5. c. 19. Ecclus. 48. c. 14. 20 1. Luc. 18. c. 1. 21 Col. 4. c. 12. 23 1. Cor. 1. c. 8. 24 1. Cor. 1. c. 9.

EPISTOLA

رسالة مار بولس الرسول الى اهل تسالونيقي الثانية

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

الاصحاح الاول

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus: Ecclesiæ Theſſalonicenſiũ in Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. *Gratia vobis, & pax a Deo Patre noſtro, & Dño Ieſu Chriſto. *Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignũ eſt, quoniam ſupercreſcit

من بولس وسلوانس وطيماناوس الى جماعة
التسالونيقيين بالله ابينا وبالرب يسوع المسيح
النعمة معكم والسلام من الله ابينا ومن
الرب يسوع المسيح * ثم اننا محققون بالشكر
لله عنكم فى كل حين يا اخوتنا كما يجب لان
ايمانكم

ايمانكم يزداد وود جميعكم يكثر من كل امرئ
٣ لصاحبه * حتى اننا نفتخر بكم فى جماعات
الله بصبركم وايمانكم وعلى جميع اضرابكم
وشدايدكم التى تحتملون * ليتبين حكم
٥ الله العادل لتستاهلوا ملكوت الله التى
بسببها تالمون * ان كان عدلا عند الله
٦ ان يجازى المضيقين عليكم ضيقا * وانتم
٧ المنضاقون يجازيكم راحة معنا عند ظهور
الرب يسوع من السماء مع ملايكة قوته
٨ * حين يجعل النقمة بلهيب النار من اوليك
الذين لم يعرفوا الله ومن الذين ليس
٩ يطيعون انجيل ربنا يسوع المسيح * فانهم
يتعذبون فى الهلاك عذابا ابديا من وجه
١٠ الرب ومن مجد قدرته * اذا جاء ليتمجد
فى قديسيه ويظهر عجيبا بجميع المومنين
لان صدقتم شهادتنا لكم فى ذلك اليوم
١١ * ولذلك نصلى لاجلكم فى كل حين ان
يوهلكم الاهنا لدعوته ويملى كل مشية
١٢ خير وعمل الايمان بالقوة * ليتمجد بكم
اسم ربنا يسوع المسيح وانتم به كنعمة
الهنا والرب يسوع المسيح

الاصحاح الثانى

١ ونحن نطلب اليكم يا اخوتنا بمجى ربنا
٢ يسوع المسيح واجتماعنا اليه * الا تغيروا
عاجلا من ضميركم ولا تدعروا لا من روح
ولا من كلمة ولا من رسالة ترد اليكم
كانها منا بانه قد حضر يوم الرب * فلا
٣ يطغيكم احد بخدع من الاحاء لانه ان لا
يكون العتو اولاً ويظهر انسان الخطية
٤ ابن البوار * المضاد المتكبر على كل من يدعى
الاها وما عبد حتى انه يجلس فى هيكل
٥ الله ويظهر نفسه كانه هو الله * اما تذكرون اننى
٦ اخبرتكم بهذه الاشياء منذ حين كنت
٧ عندكم * وقد تعرفون الان ما يعوق ان يظهر فى
اوانه * لان سر الاثم قد يعمل فيه : فلمسك
الان

ereſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem: * ita vt & nos ipſi in-
4 B vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, &
5 tribulationibus, quas ſuſtinetis * in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo
6 & patimini. * ſi tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem ijs, qui vos tribulant:
7 C * & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cælo cum angelis virtutis eius,
8 * in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, * qui pœnas da-
9 bunt in interitu æternas a facie Do-
10 mini, & a gloria virtutis eius: * cum
D venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in-
11 die illo. * In quo etiam oramus ſemper pro vobis: vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis,
12 & opus fidei in virtute, * vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo ſecundum gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

CAP. II.

1 A ROgamus autem vos fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in
2 ipſum: * vt non cito moueamini a veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neq; per epiſtolam tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies
3 Domini. * ‖ Ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, ‖ Eph. 5 b. 6.
4 B * qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tamquam ſit
5 Deus. * Non retinetis quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? * Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. * Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet
6 7

nunc, teneat, donec de medio fiat.
* Et tunc revelabitur ille iniquus, 8
[Isai. 11. v. 4.] * quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui eum: * cuius est 9 C
adventus secundum operationem satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, * & in omni se- 10
ductione iniquitatis ijs, qui pereunt: eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio, * vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. * Nos autem debemus gratias 11 12
agere Deo semper pro vobis fratres dilecti a Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: * in qua & vocauit vos 13 D
per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. * Itaque fratres state: 14
& tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. * Ipse aũt Do- 15
minus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, &
spem bonam in gratia, * exhortetur corda vestra, & confirmet in 16
omni opere, & sermone bono.

الان فقط ذلك الذى يمسك حتى يرفع من
الوسط * حينيذ يظهر ذلك الاثيم الذى يميته ٨
ربنا يسوع بروح فمه وبانارة مجيه يبطله
* ذلك الذى مجيه بعمل الشيطان بكل ٩
القوى والايات والاعاجيب الكاذبة * وبكل ١٠
ضلالة الاثم للهالكين لانهم لم يقبلوا محبة
الحق ليخلصوا ولذلك يرسل الله عليهم
عكيدة الطغيان ليصدقوا بالافك * ليحكم ١١
على جميع الذين لم يصدقوا بالحق بل رضوا
بالاثم * فاما نحن فاننا حقيقيون بان نشكر ١٢
الله كل حين بسببكم يا اخوتنا الاحباء لله
ان الله قد اختاركم بكورية للخلاص بتقديس
الروح وبايمان الحق * الذى اليه دعاكم ١٣
بتبشيرنا لتربحوا مجد ربنا يسوع المسيح
* فالان يا اخوتنا اثبتوا واصبروا على التقاليد ١٤
التى تعلمتم من كلامنا مشافهة ومن
رسالتنا * وسيدنا يسوع المسيح والله ابونا ١٥
ذلك الذى احبنا ووهب لنا عزاء ابديا
ورجاء صالحا بالنعمة * هو فليعزى قلوبكم ١٦
ويثبتكم على كل عمل وقول صالح

CAP. III.

الاصحاح الثالث

DE cetero fratres orate pro nobis vt sermo Dei currat, & 1 A
clarificetur, sicut & apud vos: * & 2
[Eph. 6. c. 18. Col. 4. v. 3.] vt liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides. * Fidelis autem Deus est, 3
qui confirmabit vos, & custodiet a malo. * Confidimus autem de 4
vobis, in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis.
* Dominus autem dirigat corda 5
vestra in charitate Dei, & patientia B
Christi. * Denunciamus autem vo- 6
bis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos
ab omni fratre ambulante inordinate,
& non secundum traditionem, quam
acceperunt a nobis. * Ipsi enim 7
scitis quemadmodum oporteat imi-
[Act 20. v. 34. 1. Cor. 4. c. 12. 1. Thes. 2. b. 5.] tari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos: * neque gratis 8
panem manducauimus ab aliquo,
sed

ومن الان يا اخوتنا صلوا علينا لتكون ١
كلمة الله جارية ممدوحة كما هي عندكم
* ونسلم من الناس الماجسين الاشرار فانه ٢
ليس الايمان لكل احد * والله امين هو ٣
الذى يثبتكم ويحفظكم من الشرير * ونحن ٤
واثقون بكم فى الرب ان الامر الذى
نوصيكم به تفعلون الان وسوف تفعلون ٥
ايضا * والرب ليقوم افيدتكم فى محبة الله
وصبر المسيح * ثم اننا نوصيكم يا اخوتنا ٦
باسم ربنا يسوع المسيح ان تجانبوا كل اخ
الذى لا يسير كالقياس ولا حسب التقليد ٧
الذى اخذوا عنا * فانكم تعرفون كيف ٨
ينبغى ان يتشبه بنا فاننا لم نتجس بسعانا
بينكم * ولم نطعم من احد خبزا مجانا بل
كنا

كنا نعمل بالكد والتعب فى الليل والنهار
لئلا نثقل على احد منكم * ليس ذلك لاننا
لا يحل لنا ولكننا اردنا ان نعطيكم بانفسنا
امثالا كى تتشبهوا بنا * وحيث كنا عندكم
ايضا هذا كنا نوصيكم ان كل من لا يحب
ان يعمل فلا يطعم * وقد بلغنا ان فيكم
قوما ساجسين ولا يعملون شيئ الا الاباطيل
* فنحن نوصى هولاى ونسالهم بالرب يسوع
المسيح ليعملوا عملهم بالسكوت فياكلوا
خبزهم * واما انتم يا اخوتنا فلا تملّوا من
حسن العمل * وان كان احد ليس يطيع قولنا
برسالتنا فميزوه ولا تخالطوه ليخزى * ولا تمزلوه
كعدو بل عظوه كما يوعظ الاخ * والرب
ولى السلام يهب لكم السلام الابدى فى كل
مكان والرب معكم اجمعين * هذا السلام
انا بولس خططته بيدى وهو علامة
لى هكذا اكتبه فى جميع
رسايلى * نعمة ربنا يسوع
المسيح معكم
اجمعين
امين

sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. * Non quaſi
9 non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmet ipſos formam daremus
10 vobis ad imitandum nos. * Nam
C & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: quoniam ſi quis
non vult operari, nec manducet.
11 * Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete, nihil ope-
12 rantes, ſed curiosè agentes. * Iis autem, qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent.
13 * D Vos autem fratres nolite de- ‡Gal. 6.
14 ficere benefacientes. * Quòd ſi quis c.9.
D non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo vt confundatur:
15 * & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.
16 * Ipſe aũt Dominus pacis
det vobis pacem ſempiternã in omni
loco. Dominus
17 ſit cum omnibus vobis. * Salutatio, mea manu Pauli: quod
eſt ſignum in omni epiſtola ita ſcribo.
18 * Gratia
Domini noſtri Ieſu Chriſti cum
omnibus vobis.
Amen.

رسالة
مار
بولس الرسول
الى
طيماثاوس
الاولي

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperſũ Dei Saluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ: 2 Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, miſericordia, & pax a Deo Patre, & Chriſto Ieſu Dño noſtro. 3 Sicut roga-

1 A
2
3

ACT.16 a.1.

الاصحاح الاول

1 من بولس رسول يسوع المسيح بامر الله مخلصنا
2 والمسيح يسوع رجاينا 2 الى طيماثاوس ابنى
2 الحبيب فى الايمان: النعمة والرحمة والسلام
3 من الله الاب ويسوع المسيح ربنا 3 ثم انى كما
سالتك

ni te vt remaneres Epheſi cũ irem in
Macedoniam, vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent, * neq;
4 B intenderent fabulis, & genealogijs
interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem
5 Dei, quæ eſt in fide. * Finis autem
præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non
6 ficta. * A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium,
7 * volentes eſſe legis doctores, non
intelligentes neque quæ loquuntur, ‖Ro.7.
8 neque de quibus affirmant. *‖ Sci- c.12.
mus aũt quia bona eſt lex, ſi quis ea
9 legitime vtatur: * ſciens hoc quia lex
iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, &
non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, par-
ricidis, & matricidis, homicidis,
A 10 * fornicarijs, maſculorum concubi-
toribus, plagiarijs, mendacibus, &
periuris, & ſi quid aliud ſanæ do-
11 ctrinæ aduerſatur, * quæ eſt ſecun-
C dum Euangelium gloriæ beati Dei,
12 quod creditum eſt mihi. * Gratias
ago ei, qui me confortauit Chriſto
Ieſu Domino noſtro, quia fidelem
me exiſtimauit, ponens in miniſte-
13 rio: * qui prius blaſphemus fui, &
perſecutor, & contumelioſus: ſed
miſericordiam Dei conſecutus ſum,
quia ignorans feci in incredulitate.
14 * Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione,
15 quæ eſt in Chriſto Ieſu. * Fidelis
ſermo, & omni acceptione dignus: ‖Matt.9
‖ quod Chriſtus Ieſus venit in hunc b.13.
mundum peccatores ſaluos facere, Mar. 2.
16 quorum primus ego ſum: * Sed ideo c.17.
D miſericordiam conſecutus ſum: vt
in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí ſunt
17 illi, in vitam æternam. * Regi autem ſæculorum immortali, inuiſibili,
ſoli Deo honor, & gloria in ſæcula
18 ſæculorum. Amen. * Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee,
ſecundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam
19 militiam, * habens fidem, & bonam
conſcientiam, quam quidam repellentes,

سالتك ان تقيم بافسس اذ انا متوجه الى
ماقدونية لتوصي قوما منهم ان لا يعلموا
4 علوما مختلفة * ولا يصغوا للاحاديث
الباطلة وقصص القبايل التى لا غاية لها
هذه التى اكثر ما تسبب المرى والانشقاق
5 لا بنيان الله الذى هو فى الايمان * وانما غاية
6 الوصية هي المحبة التى يكون من قلب
7 نقى ونية صالحة ومن ايمان صحيح * وقد ضل
اناس عن هذه الخصال ومالوا الى الاقاويل
8 الباطلة * انهم ارادوا ان يكونوا معلمى
السنة وهم لا يفهمون ما يقولون ولا ما فيه
9 يتحدثون * ونحن نعلم ان السنة حسنة ان
يستعملها الانسان على ما وجب لها * فيعلم
10 هذا ان السنة لم يشرع للابرار بل للائمة
والمعاصين للمنافقين والخطاة وللمجرمين والنجسين
وللذين يقتلون اباهم وامهاتهم والقتلة
11 * والزناة ولمضاجعى الذكور والذين يسرقون
الناس والكذابين والحلافين بالزور ولكلما
12 كان مضادا لصحة التعليم * الذى حسب
اخيل مجد الاله المغبوط الذى ائتمنت انا
13 عليه * وانا اشكر ربنا يسوع المسيح على تقويته
14 اياى اذ عدنى امينا واتخذنى للخدمة * انا
الذى كنت من قبل مفتريا ومضطهدا
وشتاما ولكنى رحمت من الله لانى فعلت
15 ذلك وانا جاهل غير مومن * وقد كثرت
زيادا نعمة ربنا والايمان والحب الذى بيسوع
16 المسيح * والكلمة صادقة هي اهل ان يقبل
كليا ان يسوع المسيح انما جاء الى الدنيا
لكيما يخلص للخطاة الذين انا اولهم
17 * ولكن لهذا رحمنى كى فى انا الاول يظهر
يسوع المسيح جميع اناته مثالا للومنين
18 به للحياة الخالدة * واما ملك العالمين الذى
لا يموت ولا يرى الاله وحده له الوقار
19 والمجد الى ابد الابدين امين * ثم انى
استودعك بهذه الوصية يا ابنى طيماثاوس
كالنبوات التى تقدمت عليك من
20 قبل لتحرب بهن حربا حسنا * بايمان
ونية صالحة ان الذين دفعوها عنهم قد

pellentes, circa fidem naufragauerunt: * ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

CAP. II.

OBſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: * pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam, & trauquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. * hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo, * qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. * Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus: * qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis: * in quo poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate. * Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione. * ‖ Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: * ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. * Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. * ‖ Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: ſed eſſe in ſilentio. * ‖ Adam enim primus formatus eſt: deinde Heua. * ‖ & Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in prævaricatione fuit. * Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

CAP. III.

FIdelis ſermo: Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. * ‖ Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virũ, ſobriũ, prudentẽ, ornatũ, pudicũ, hoſpita-

ضعطلوا من الايمان * منهم هوماذوس والاسكندر هذان اللذين اسلمتهما الى الشيطان ليودبا كى لا يفتروا

الاصاح الثانى

فانا اسالك قبل كل شئ ان تبدى بتقربات تضرعات وصلاوات وطلبات وشكر عن جميع الناس * عن الملوك وجميع العظماء لنحل محلاً هاديا ساكنا بجميع تقوى الله والطهارة * فان هذه الخصلة هى حسنة متقبلة عند الله مخلصنا * الذى يحب ان يخلص جميع الناس ويقبلوا الى معرفة الحق * والله واحد والوسيط بين الله والناس واحد انسان يسوع المسيح * هذا الذى بذل نفسه فداء عن جميع الناس شهادة فى اوقاتها * وصرت انا منادیها ورسولها والحق اقول ولا اكذب معلما للشعوب فى الايمان والحق * وانا احب ان تصلى الرجال فى كل مكان وهم يرفعون ايديهم نقية بلا غضب ولا جدال * وكذلك النساء بزى اللباس بالاستحيا والتعفف يتزين ولا بجعد الشعر او الذهب او اللولو او الثياب المثمنة * ولكن كما يجب للنساء متعهدات بالتقوى باعمال صالحة * فالمراة لتتعلم بالسكوت بكل الخضوع * ولست اذن للمراة ان تعلم ولا تتسلط على بعلها بل فلتكن بوداعة * فان ادم جبل اولا وبعده حوة * ولم يطغ ادم بل المراة طغت بالتعدى * لكنها تتخلص بولادتها الابناء ان اقامت فى الايمان والمودة والطهارة والقناعة

الاصاح الثالث

والكلمة صادقة انه ان اشتهى احد الاسقفية فقد اشتهى عملا صالحا * وقد يجب ان يكون الاسقف من لا يوجد فيه عيب ومن كان بعل امراة واحدة صاحيا عاقلا كريما عفيفا

3 hospitalem, doctorem, * non vinolentum, non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, 4 sed * suæ domui bene præpositum: 5 filios habentem subditos cum omni castitate. * Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? 6 * Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. 7 * Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. 8 * Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non 9 C turpe lucrum sectantes: * habentes mysterium fidei in conscientia pura. 10 * Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes. 11 * Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. 12 * Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filijs suis bene præsint, & suis domibus. 13 * Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. 14 * Hæc tibi scribo, sperans me 15 ad te venire cito. * si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. 16 * Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

عفيفا مضيفا معلما * غير مدمن على شرب ٣
الخمر ولا يسرع الى الضرب بل يكون متواضعا
ولا يكون مخاصما ولا محب المال * بل يحسن ٤
تدبير بيته ويكون له بنوه طاعين بجميع ٥
العفافة * فان كان احد لا يحسن تدبير بيته
كيف يهتم لبيعة الله * ولا يكون حديث ٦
الايمان ليلا يستكبر ويقع فى عقوبة
الشيطان * وينبغى ايضا ان يكون له شهادة ٧
حسنة من الذين هم من خارج لئلا يقع
فى العار وفى حبايل الشيطان * والشمامسة ٨
ايضا كذلك عفيفين لا ذوى لسانين لا
يميلون الى الاكثار من الخمر ولا يحبوا
الكسب النجس * بل يتمسكون بسر الايمان ٩
بنية خالصة * والامر فى هولاى ان يمتحنوا ١٠
اولا وكذلك يخدموا اذا كانوا بلا لوم
* وكذلك النساء ايضا فليكن عفيفات لا ١١
يذممن متيقظات مامونات فى كل شئ
* ولتكن الشمامسة من كان له امراة واحدة ١٢
واحسن تدبير بنيه وبيته * فان الذين ١٣
يحسنون الخدمة يكتسبون لنفوسهم مرتبة
صالحة وطمانية كثيرة فى الايمان الذى هو
بيسوع المسيح * وقد كتبت اليك بهذه ١٤
وانا ارجو ان اقدم عليك عاجلا * وان ١٥
كنت ابطات ان تعلم كيف ينبغى لك
التقلب فى بيت الله التى هى بيعة الله الحى
عمود الحق وثباته * ويقينا عرفوا عظيم ١٦
ذلك الذى ظهر بالجسد وتبرر بالروح وترايا
للملايكة وبشرت به الامم وامن به العالم
وصعد بالمجـــــــــــــــد

CAP. IV.

1 A SPiritus autem manifeste dicit, quia * in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, * in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam. * prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos

2. Tim. 3. 2. 3. 2. Pet. 3. 2. 3 Iud. 2. d. 18.

الاصحاح الرابع

1 A والروح يقول علانية ان فى الازمنة الاخيرة
يفارق قوم الايمان ويتبعون الارواح الضالة
2 وتعاليم الشياطين * الذين يكلمون بالرياء
3 قولا كاذبا ونيتهم محرقة فيهم * ويمنعون
من التزوج وان يجتنبوا الاطعمة التى خلقها
الله

quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem. * Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: * sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. * Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. 2.Tim. 2.d.23. lit.3.c. 2. * Ineptas autem, & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem. * Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. * Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. * In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. * Præcipe hæc, & doce. * Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. * Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. * Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. * Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. * Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.

C A P. V.

SEniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem; iuuenes, vt fratres; * anus, vt matres; iuuenculas, vt sorores, in omni castitate: * Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. * Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. * Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. * Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est. * Et hoc præcipe vt

الله ليأخذ منها المؤمنون والذين عرفوا
الحق بالشكر * لان كل خليقة الله هي حسنة
وليس شي ممرذول ان يقبل بشكر * لانه يتقدس
بكلمة الله وبالصلاة * فان تعلّم هذه الاشيا
اخوتك تكن خادما صادقا ليسوع المسيح
مربيا بكلام الايمان وبالتعليم الصالح الذى
تعلمت * فاما احاديث العجايز المسجة فاجتنبها
وتدرب بنفسك بالتقوى * فان تدرب الجسد
انما يربح يسيرا والتقوى يربح فى كل شي *
ولها ميعاد الحياة فى هذا الزمان وفى المزمع
* والكلمة صادقة تستاهل القبول بتمة
* انما نتعب بهذا ونعيّر لاننا نرجو الله الحي
الذى هو مخلص الناس اجمعين والمؤمنين
خاصة * فامر بهذه وعلّم بها * لا يتهاون
احد بحداثتك بل كن مثالا للمؤمنين فى
القول والسيرة وفى المودة والايمان والعفافة
* وواظب على القراة الى حين قدومى وعلى
الموعظة وعلى التعليم * ولا تتهاون بالنعمة
التى هي فيك التى اوتيتها بالنبوة ووضع يدى
القسوسية * وادرس هذه الاشيا * وتشاغل
بها لكى يكون اقبالك ظاهرا لكل احد
* واجتهد لنفسك وتعليمك واهتمّ بها فانك
ان تفعل ذلك تخلص نفسك والذين
يسمعونك

الاصاح الخامس

ولا تنتهر الشيخ بل اطلب اليه كما الى الاب
والاحداث كاخوتك * والعجايز كالامهات
والشبان كاخواتك بكل العفافة * واكرم
الارامل اللاتي هن ارامل بحق * وان كانت
ارملة منهن لها بنون او بنوا بنين فلتتعلم
اولا تدبير بيتها وتقضى حقوق ابويها فان
هذا هو مقتبلا عند الله * فاما التى هي بحق
ارملة وحيدة فلترجو الله ولتداوم الصلوات
والطلبات ليلا ونهارا * فاما التى تشتغل
بالتلعم فقد ماتت وهي حية * فامر هذه الخصلة
ان

٨ ان يكن بلا لوم ولا عيب * وان كان احد
امس يعنى بما يصلح لاصابه ولاسيما لاهل
بيته فقد كفر بالايمان وهو اشر من الذين
١ لا يومنون * لتختار الارملة من لا ينقص
سنوها عن ستين سنة والتى تزوجت رجلا
١٠ واحدا لا غير * ويشهد لها باعمال حسنة
ان كانت قد ربت الاولاد واوت الغرباء
وغسلت اقدام القديسين وخدمت للمضيقين
١١ وسعت فى كل عمل صالح * فاما اهل الحداثة
من الارامل فاجتنبها فانهن اذا يتنعمن
١٢ بالمسيح يردن ان يتزوجن الرجال * ولهن
١٣ عقوبة انهن ابطلن ايمانهن الاول * ويتعلمن
ايضا وهن عاطلات ان يتطاوفن فى البيوت
وليس فقط عاطلات بل ايضا يكثرن الكلام
ويتبعن الاباطيل وينطقن بما لا ينبغى
١٤ * وانا احب الان ان يتزوج اهل الحداثة
منهن ويلدن الاولاد ويدبرن بيوتهن ولا
١٥ يتمكن العدو من علة واحدة بسبب الهزو * لان
بعض منهن بدان بالميل الى وراء الشيطان
١٦ * فان كان لانسان من المومنين ارامل
فليعقوتهن ليلا يكون ثقلا على البيعة لكى
١٧ تكفى الارامل المحققات * فاما القسوس الذين
هم ولاة حسان فلتضاعف لهم الكرامة
وخاصة الذين يتعبون فى الكلام والتعليم
١٨ * فان الكتاب يقول لا تكمم فم الثور فى
١٩ الدراس وقد يستحق الفاعل اجرته * ولا
تقبل الشكا على القسيس الا بشهادة رجلين
٢٠ او ثلاثة * والخطاة قدام جميع الناس وبخهم
٢١ ليخاف سايرالناس * وانا اناشدك امام الله
ويسوع المسيح والملايكة المختارين ان تحفظ
هذه بلا سبق قضاء ولا تعمل شيء بحيف
٢٢ ومحاباة * لا تعجلن بوضع يدك على احد ولا
تشاركن فى خطايا غيرك واحفظ نفسك
٢٣ عفيفا * ولا تشرب الماء فيما بعد ولكن
اشرب يسيرا من الخمر لعلة معدتك وامراضك
٢٤ الدايمة * فان من الناس اناسا خطاياهم
جهيرة تسبقهم الى القضاء ومنهم اناس
تتبعهم

8 irreprehenſibiles ſint. * Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. * Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, 10 * in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum 11 ſubſecuta eſt. * Adoleſcentiores autem viduas deuita: Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere 12 volunt: * habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 13 * ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes 14 quæ non oportet. * Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. 15 * Iam enim quædam conuerſæ ſunt 16 retro ſatanam. * Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccleſia: vt iis, quæ verè 17 viduæ ſunt, ſufficiat. * Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. * Dicit 18 enim Scriptura: ‖ Non alligabis os boui trituranti. Et: ‖ Dignus eſt 19 operarius mercede ſua. * Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus 20 teſtibus. * Peccantes coram omnibus argue: vt & ceteri timorem 21 habeant. * Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. * Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi. 23 * Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. 24 * Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præceden-

‖ Deut. 25. a. 4. 1. Cor. 9. a. 9. Mat. 10 b. 10. Luc. 10 a. 7.

tia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. * Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAP. VI.

QVicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. * Qui autem fideles habent dominos, non contemnãt, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare. * Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ: * superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, * conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. * Est autem quæstus magnus pietas cum sufficentia. * ‖ Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid possumus. * ‖ Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. * Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. * Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. * Tu autem o homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. * Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem corã multis testibus. * Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat oĩa, & Christo Iesu, qui testimoniũ reddidit ‖ sub Pontio Pilato,

‖ Iob. 1. d. 21. Eccl. 5. c. 14. ‖ Prou. 27 d. 26

39 animæ meæ. * Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

CAP. XI.

A Est autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum
2 non apparentium. * In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes.
3 * ‖ Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei: vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. * ‖ Fide plurimam ‖Gen.1, & 3.
4 hoſtiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, ‖ per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur. ‖Gen.4. a. 4. ‖ Matt. 23.d.24
5 * ‖ Fide Henoch translatus eſt ne videret mortem, & non inueniebatur: quia tranſtulit illum Deus: ante translationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. ‖Gen.5. c. 24. Eccl.44 c.16.
6 * Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem
B ad Deum quia eſt, & inquirentibus
7 ſe remunerator ſit. * ‖ Fide Noe ‖Gen.6. c.13. Eccl.44 c.17.
reſponſo accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum: & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, heres eſt
8 inſtitutus. * ‖ Fide qui vocatur A- ‖Gen.15 a. 5.
braham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exijt, neſciens quo iret.
9 * Fide demoratus eſt in Terra repromiſſionis, tamquam in aliena,
in

in casulis habitando, cum Isaac & Iacob, coheredibus repromissionis eiusdem. * Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius C
g Gen. 17.c.19 artifex, & conditor Deus. * g Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam praeter tempus aetatis: quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. * Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tamquam sidera caeli in multitudinem, & sicut arena, quae est ad oram maris, innumerabilis. * Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. * Qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. * Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. * nunc autem meliorem appetunt, id est, caelestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem. * g Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones; * ad quem dictum est: g Quia in Isaac vocabitur tibi semen: * arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus: vnde eum & in parabolam accepit. * g Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau. * g Fide Iacob, moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: g & adorauit fastigium virgae eius. * g Fide Ioseph, morieus, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. * g Fide Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quòd vidissent elegantem infantem, g & non timuerunt regis edictum. * g Fide Moyses, grandis factus, negauit se esse filium filiae Pharaonis, * magis eligens affligi, cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, * maiores diuitias aestimãs thesauro Aegyptiorũ, improperiũ Christi: aspicebat enim

يسكن فى الغربة ونزل فى الخيم مع اسحق ١٠ D
ويعقوب شريكى ميراث هذا الوعد بعينه
١١ *لانه كان يرجو مدينة ذات اساس الله
بانيها وصانعها * وبالايمان كانت سارة ايضا
وهى عاقر اوتيت القوة على قبول الزرع فى غير
وقت من سنيها لايقانها بان الذى وعدها صادق
١٢ * ولذلك من واحد قد كان مماتا ولد اناس
كثيرون مثل نجوم السماء وكالرمل الذى
١٣ على شاطى البحر الذى لا يحصى * وبالايمان
توفى هولاى كلهم ولم ينالوا المواعيد
ولكنهم راوها من بعد وسلموا عليها
١٤ واقروا بانهم غرباء وضيوف الارض * والذين
يقولون هذا القول يخبرون بانهم انما
١٥ يطلبون وطنهم * ولو كانوا يذكرون الوطن
الذى خرجوا منه لقد كان لهم حين
١٦ العودة اليه * فقد عرف الان انهم كانوا
يتوقعون الى افضل منه اى السموى ولهذا
لم يانف الله ان يسمى الاههم لانه قد اعد
١٧ لهم المدينة * وبالايمان قرب ابراهيم اسحق
فى امتحانه واصعد الى الذبح ابنه الوحيد
١٨ الذى كان قبل المواعيد * وقيل له ان
١٩ باسحق يدعى لك زرع * واضمر فى نفسه ان
الله يقدر ايضا على الاقامة من الاموات
٢٠ ولذلك اخذه مثالا * بالايمان وبما كان
مزمعا ان يكون بارك اسحق يعقوب وعيسو
٢١ * وبالايمان حين حضر يعقوب الموت
دعا لكل واحد من ابنى يوسف وسجد
٢٢ على راس عصاه * وبالايمان كان يوسف
حين حضر الوفاة ذكر خروج بنى اسرايل
واوصاهم بعظامه * وبالايمان كان ابوا موسى
٢٣ اخفياه حين ولد ثلاثة اشهر لانهما راياان
الطفل جميل ولم يرهبا من وصية الملك
٢٤ * وبالايمان كان موسى لما لحق بالرجال
٢٥ انكر انه ابن ابنة فرعون * واختار ان يكون
فى الضيق مع شعب الله اكثر من ان يتنعم
٢٦ تنعم خطية زمانا يسيرا * واضمر عار المسيح
غناء افضل من كنز المصريين لانه كان
يتوقع

27 enim in remunerationem. * Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: inuisibilem enim
28 tamquam videns sustinuit. * ‖ Fide celebrauit pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, ‖Ex.12.
29 tangeret eos. * ‖ Fide transierunt ‖Ex.14.
F Mare rubrum tamquam per aridam e.22.
terram: quod experti Ægyptij de-
30 uorati sunt. * ‖ Fide muri Iericho ‖Ios.6.
corruerunt, circuitu dierum septem. d.20.
31 * Fide Rahab meretrix non perijt cum incredulis, ‖ excipiens explo- ‖Ios.2.
32 ratores cum pace. * Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tem- a.3.
pus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel
33 & prophetis: * qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obtu-
34 rauerunt ora leonum, * extinxerunt
G impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra
35 verterunt exterorum. * acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij autem distenti sunt non
36 suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. * Alij verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres:
37 * lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:
38 * quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ.
39 * Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem.
40 * Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

I Deoque & nos tantam habentes
A impositam nubem testium, * ‖ de- * Rom. 6.a.4. Coloss.3 b 8. Eph. 4. c.23. 1.Pet 2 a. 1. & 4.a.1.
ponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam
2 curramus ad propositũ nobis certamen: * aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorẽ Iesũ, qui proposito sibi

٢٧ يتوقع المجازاة * وبالايمان ترك مصر ولم يخف
غضب الملك لانه صبر على غير المنظور
٢٨ كانه يعاينه * وبالايمان اتخذ عيد الفصح
ورشاش الدم ليلا يمسهم ذلك الذى كان
٢٩ يهلك الابكار * وبالايمان جازوا بحر سوف كما
يسلك الارض اليابسة واذ اختبروا بذلك
٣٠ المصريون غرقوا * وبالايمان سقط سور مدينة
٣١ اريحا حين احدق به سبعة ايام * وبالايمان
راحاب الزانية لم تهلك مع الكفار وقبلت
٣٢ الجواسيس بالسلام * وماذا اقول ايضا فزمانى
قصير عن ان اتكلم فى امر جدعون وباراق
وفى شمشون ويفتاح وفى داود وصموئيل وحال
٣٣ سائر الانبيا * الذين بالايمان قهروا الممالك
وعملوا البر وقبلوا المواعيد وسدوا افواه
٣٤ الاسود * واخمدوا قوة النار ونجوا من حد
السيف وتقووا فى الضعف وكانوا اقوياء فى
٣٥ الحرب وهزموا عساكر الغرباء * وقبلت النساء
اموانهن بالبعث واخرون اعتذبوا بالحبال
ولم يرغبوا فى النجاة لتكون لهم قيامة
٣٦ افضل * واخرون امتحنوا بالهزء والضرب
٣٧ وايضا بالاسر والحبس * ورجموا ونشروا بالمناشير
وجربوا ومانوا قتلا بالسيف وساحوا وجالوا
لابسى جلود الحملان والمعزى فقراء مضيقين
٣٨ مجهودين * هولاى الذين لم يكن العالم
يستحقهم وكانوا تايهين فى البرارى وفى
٣٩ الجبال والمغاير وفى شقوق الارض * وهولاى
كلهم ممتحنين بشهادة الايمان لم ينالوا
٤٠ الوعد * لان الله قدم النظر فى منفعتنا منفعة
افضل لئلا يكملوا دوننا

الاصحاح الثانى عشر

١ ولذلك نحن ايضا الذين لنا هولاى الشهود
A جميعا المحدقون بنا كالسحاب فلنلق عنا
كل ثقل والخطية المحيطة بنا ولنصبر بالصبر
٢ P فى الجهاد الموضوع لنا * ونتطر الى يسوع الذى هو
رئيس ايماننا ومكمله الذى احتمل الصليب اذ
كان

sibi gaudio sustinuit crucē, cōfusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.* Recogitate enim eum, 3 B
qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Nondum enim 4
vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes:* & 5
1 Prou. 3 b. 11. Apoc. 3 d. 19 obliti estis consolationis, quæ vobis tamquam filijs loquitur, dicens: 1 Fili mi noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris.* Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem 6
omnem filium, quem recipit.* In disciplina perseuerate. Tamquam filijs vobis offert se Deus: quis enim 7
filius, quem non corripit pater? * Quòd si extra disciplinam estis, 8 C
cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis.* Deinde patres quidem carnis nostræ, 9
eruditores habuimus, & reuerebamur eos: nōn multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? * Et illi quidem in tempore 10
paucorum dierum, secundum voluntatem suam eruditebant nos: hic autem ad id, quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius.* Omnis autem disciplina in præsenti qui- 11 D
dem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ.* Propter quod remissas manus, & soluta genua, erigite, 12
* & gressus rectos facite pedibus 13
vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.* 1 Pa- 14
1 Ro. 12 d. 18. cem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum: * contemplantes ne quis 15
desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.* Ne quis fornicator, aut pro- 16
1 Ge. 25 d. 33. fanus 1 vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua: * sci- 17
1 Ge. 27 f. 38. te enim quoniam 1 & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.* 1 Non 18
1 Ex. 19. b. 12. & 20. c. 21 enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, *& tubæ sonum, & vocem verborum, 19
quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbū.* Nō .n. portabāt
quod

كان موضوعا امامه السرور واهان الخزى
وجلس عن يمين عرش الله* فانظروا الان م
الى ذلك الذى احتمل من الخطاة ضد نفسه
مضادة مثل هذه ليلا تضجروا ولا تخور
نفوسكم* فانكم لم تبلغوا بذل الدم بعد م
فى مجاهدة الخطية* وقد نسيتم العزاء الذى
قال لكم كما يقال للبنين قايلا يا ابنى لا تغفل
عن ادب الرب ولا تضعف متى يوبخك* فان
من يحبه الرب يوديه ويجلد كل ابن الذى
يقبله* فاصبروا على الادب فان الله انما يصنع
بكم كما يصنع بالبنين فاى ابن لا يوديه ابوه
* فان انتم لم تكونوا موديين بالادب الذى كانوا
شركاء به كل احد احمعون فصرتم من الزنا
لا ابناء* ثم كان اباء جسدنا يودبوننا
فنستحى منهم فكم بالحرى ايضا يحق
علينا ان نطيع لابى الارواح ونحيى* فان
اولئك لزمان يسير كانوا يودبوننا كما
يشاون فاما هذا لما هو منفعة لنقبل
تقديسه* وكل تاديب فلوقته ليس يظن
انه لسرور بل لحزن لكن من بعد يرد على
المتدربين به ثمر بر بسلام* فمن اجل ذلك
فشدوا ايديكم الوهنة وركبكم المرتعدة
* وسيروا باقدامكم سورة مستقيمة لئلا يزل
الاعرج بل يبرى* اسعوا فى اثر الصلح مع
جميع الناس وفى طلب الطهارة التى لا
يعاين احد الله دونا* وكونوا متيقظين من
ان يوجد احد نافصا من نعمة الله لئلا
اصل مرارة يخرج فرعا فيوذيكم ويتدنس
به كثير* لئلا يوجد احد زانيا او نجسا
مثل عيسو الذى اباع بكوريته باكلة
واحدة* فاعلموا انه من بعد ذلك احب ان
يرث البركة فرذل انه لم يجد موضعا للتوبة
وان طلبها بالدموع* لانكم لم تدنوا من
جبل ملموس ونار مضطرمة وغيوم وضباب
وعاصف* وصفير بوق وصوت كلام ذلك
الذى من سمعوه استعفوا من ان يكون
لهم الكلام* لانهم لم يكونوا يستطيعون
الصبر

الصبر على ما كان يقال وان دنت بهيمة
٢١ من الجبل فترجم * وهكذا كان مرهوبا كل
٢٢ ما يرى فقال موسى انى خايف فزع * فاما
انتم فقد اقتربتم من جبل صهيون ومن
مدينة الله الحي اورشليم السماييه والى جماعة
٢٣ ربوات الملايكه * ومن بيعة الابكار المكتوبين
فى السماء ومن الله ديان الجميع ومن ارواح
٢٤ الابرار الذين كملوا * ومن يسوع وسيط
العهد الجديد ومن رشاش دمه الناطق
٢٥ افضل من دم هابيل * واحذروا ان تستعفوا
من المتكلم فان كان اوليك لم يستطيعوا
الهرب لما استعفوا من المتكلم على الارض
فكم بالحرى نحن الذين نصد وجوهنا عن
٢٦ المتكلم لنا من السماء * ذلك الذى زلزل
الارض صوته فى ذلك الزمان وقد اوعد الان
وقال انى مرة واحدة ايضا وازلزل ليس
٢٧ الارض فقط بل والسماء ايضا * وقوله هذا
مرة واحدة ايضا يدل على تغيير الاشياء
التى تزول كانها مصنوعة كى تكون ثابتة
٢٨ الاشياء التى لا تزول * فاذ كنا نحن نقبل
ملكوتا لا يزول فلنا النعمة التى بها نعبد
٢٩ الله برضاته بخشية وتقوى * لان الهنا نارا
اكلة

quod dicebatur. ¶ Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. * Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus. * Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, * & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, * & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. * Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. * cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: ¶ Adhuc semel: & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. * Quod autem, Adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationem tamquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia. * Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. * ¶ Etenim Deus noster ignis consumens est.

1 Ex. 19. c. 13.
21 F
22
23
24
25 G
26
Agg. 2. b. 7.
27
28
29
Deut. 4. d. 24.

الاصحاح الثالث عشر

CAP. XIII.

١ ولتثبت فيكم محبة الاخوة * ومحبة الغرباء
٢ لا تنسوها لان بهذه الخصلة اناس ضيفوا
٣ الملايكة وهم لا يشعرون * اذكروا الاسرى
كانكم معهم ماسورون واذكروا الذين
يتضايقون كانكم ايضا اناس لابسون الجسد
٤ * التزويج كريم فى الجميع والمضجع غير عيب
٥ واما الزناة والفسقة سيدينهم الله * لتكن
سيرتكم بغير بخل اكتفوا بما عندكم
٦ لانه قال لا اخذلك ولا اتركك * حتى اننا
٧ نقول واثقين الرب عونى لا اخاف ماذا يصنع
٨ بى الانسان * اذكروا مدبريكم الذين كلموكم
بكلام

CHaritas fraternitatis maneat in vobis. * ¶ Et hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim ¶ latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. * Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. * Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. * Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: ¶ Non te deseram, neque derelinquam. * ita vt confidenter dicamus: ¶ Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. * Mementote præpositorũ vestrorũ, qui vobis locuti

1
2 A
3
4
5
6
7 B
Rom. 12. c. 13. 1. Pet. 4. c. 9. Ge. 18. a. 3. & 19. a. 2. Hoc. 1. 2. 5. Ps. 117 a. 6.

he sunt

sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. * Iesus Christus heri, 8
& hodie: ipse & in secula. * Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis. * Habemus aleare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. * Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. * Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. * Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. * Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. * Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius. * Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. * Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. * Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conuersari. * Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius restituar vobis. * Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum, * aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. * Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. * Cognoscite fratrem nostrum Timotheũ dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos. * Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. * Gratia cum omnibus vobis. Amen.

1 Le.16 f.27. A B C D

بكلام الله الذين تنظرون الى تمام سيرتهم
وكونوا متشبهين بايمانهم * فان يسوع المسيح ٨
هو هو امس واليوم وهو الى الابد * واياكم ٩
ان تضلوا بالتعاليم الغريبة المختلفة وانه
يحسن ان تقوى قلوبنا بالنعمة لا بالاطعمة
التى لم تنفع اوليك الذين سعوا فيها * ولنا ١٠
مذبح الاكل لاوليك الذين يخدمون فى
قبة الزمان ان ياكلوا منه * فان الحيوانات ١١
التى كان رئيس الاحبار يدخل بدمايها
بيت القدس عن الخطية فانما كانت لحومها
تحرق خلف الدار خارجا عن المعسكر * ولذلك ١٢
يسوع ايضا ليقدس شعبه بدمه تالم خارجا
من المدينة * فلنخرج نحن اليه خارجا من ١٣
المعسكر حاملين لعاره * لانه ليس لنا هاهنا ١٤
مدينة تبقى بل انما نطلب المزمعة * فعلى ١٥
يده فلنرفع ذبيحة الحمد فى كل حين الى الله
التى هى ثمر شفاهنا الشاكرة لاسمه * ولا ١٦
تنسوا الاحسان والشركة فانما يرضى الله بهذه
الذبائح * اطيعوا مدبريكم واخضعوا لهم ١٧
فانهم يسهرون كالحاسبين عن نفوسكم لكى
يفعلوا هذا بالسرور لا بالضجر لان هذا ليس
خيرا لكم * صلوا علينا ونحن واثقين بان ١٨
لنا نية صادقة اذ نحب ان نحسن السيرة فى
كل شئ * واكثر ما اسالكم ان تفعلوا هذا ١٩
لاترد عليكم عاجلا * والاله السلام الذى ٢٠
اصعد من الاموات الراعى العظيم لرعيته
بدم الميثاق الابدى ربنا يسوع المسيح * تصلحكم ٢١
بكل عمل صالح لتعملوا بمشيته وهو يفعل
بكم ما يحسن عنده بيسوع المسيح الذى له
المجد الى دهر الداهرين امين * انا اسالكم ٢٢
يا اخوتى ان تصبروا على كلام التعزية فانى
قد اقصرت فيما كتبت اليكم * واعلموا ٢٣
اخانا طيماثاوس مطلقا وان انصرف سريعا
فساراكم معه * اقرءوا السلام على جميع ٢٤
مدبريكم وعلى الاطهار كلهم والاخوة من
بايطاليا يقرونكم السلام * والنعمة معكم ٢٥
جميعكم امين

EPISTOLA

رسالة

رسالة يعقوب الرسول الجامعة

EPISTOLA CATHOLICA BEATI IACOBI APOSTOLI

CAPVT PRIMVM.

1 A IACOBVS Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem. * Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: * B ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur. * Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. * Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. * B Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur. * non ergo

*Rom.5 a.3.

*Mat.7. a.7. & 21.c.22 Mar.11 c.24. Luc.11 b.8. Ioan.14 b.13. & 16.c.23 & 24.

الاصحاح الاول

1 من يعقوب عبد الله وربنا يسوع المسيح الى
1 القبايل الاثنى عشر المتفرقة فى الشعوب
2 السلام * احسبوا كل سرور يا اخوتي اذا ما وقعتم
3 فى تجاربات مختلفة * اذ علمتم ان امتحان
4 ايمانكم يكسبكم الصبر * فاما مع الصبر هو
5 عمل تام لتكونوا كاملين اصحاء ولا تكونوا
6 ناقصين فى امر من الامور * وان كان احدكم
ناقصا فى حكمة فليسال الله الذى يعطى كل
7 احد من سعة بغير امتنان فانه يعطى
8 * ولتكن مسالته اياه بايمان من غير تشكك
فى شى فانه الذى هو متشكك يشبه امواج
9 البحر التى تزحها الرياح وتحولها * فلا يظن

ذلك

æstimet homo ille quòd accipiat aliquid a Domino. * Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. * Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: * dives autem in humilitate sua, ‖ quoniam sicut flos fœni transibit. * exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & dives in itineribus suis marcescet. ‖ Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. * Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. * Vnusquisque verò tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus. * Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. * Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. * Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est; descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. * Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. * Scitis fratres mei dilectissimi. ‖ Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. * Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. * Propter quod abijcientes omnes immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. * ‖ Estote autem factores verbi: & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. * Quia si quis auditor est verbi & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo: * considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. * Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. * Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. * Religio munda, & immaculata

ذلك الانسان انه يصيب شيء من عند
الرب * ان الرجل اذا كان ذا رايين فهو ٨
مضطرب فى جميع طرقه * وليفتخر الاخ ٩
المسكين برفعته * والغنى باتضاعه لانه ١٠
كزهر العشب كذلك يمضى * لان الشمس ١١
اذا اشرقت بحرارتها تيبس العشب وانتثر
زهره وانفسد جمال منظره كذلك يذبل
الغنى فى تصرفه * طوبى للرجل الذى ١٢
يصبر للبلوى لانه اذا امتحن فياخذ تاج الحياة
الذى وعد به الله محبيه * ولا يقولن احد اذا ١٣
ابتلى ان الله ابتلانى لان الله لا يمتحن احدا ١٤
بالسيات وهو لا يبتلى احدا * بل كل انسان انما
يبتلى بشهوته منجذبا متملقا * ثم اذا حبلت ١٥
الشهوة تخمت الخطية والخطية اذا كملت نسلت
الموت * فلا تطغوا يا اخوتى الاحباء * ان كل عطية ١٦ ١٧
صالحة وكل موهبة تامة فانما تهبط من فوق من
عند اب الانوار ذلك الذى ليس عنده
تغيير ولا ظلال الاعوجاج * لانه شاء فولدنا ١٨
بكلمة الحق لنكون ابتداء من خليقته
* وانتم عالمون يا اخوتى الاحباء فليكن كل ١٩
انسان مسرعا الى الاستماع متباطيا عن الكلام
ومتباطيا عن الغضب * لان غضب الرجل ٢٠
لا يعمل بر الله * فمن اجل هذا ارفعوا ٢١
عنكم كل دنس وكثرة الشر واقبلوا
بالدعة الكلمة المغروسة فى طباعكم
القادرة على خلاص نفوسكم * وكونوا ٢٢
فعلة للكلمة ولا تكونوا مستمعيها فقط
فتطغوا نفوسكم * لان ان كان احد يسمع ٢٣ ٢٤
الكلمة ولا يعمل بها فهذا يشبه الرجل
الناظر وجه ميلاده فى المراة * لانه تامل ٢٥
نفسه ثم مضى ومن ساعته نسى الهيئة
التى هو يشبهها * فاما الذى نظر ناموس ٢٦
الحرية الكامل وثبت فيه ولا يكون سامعا
ناسيا بل عاملا بالفعل فهذا يكون مغبوطا
فى عمله * وان كان احد ظن انه يخدم ٢٧
الله وما يلجم لسانه لكن يضل قلبه
فخدمته باطلة * فاما الخدمة الزكية
الطاهرة

الطاهرة عند الله الاب فهي هذه ان تتعاهدوا
الايتام والارامل فى ضيقتهم وتحفظوا نفوسكم
من دنس هذا العالم

الاصاح الثانى

1 A يا اخوتى لا تستعملوا المحاباة على ايمان ربنا
2 يسوع المسيح ولى المجد * لانه اذا ما دخل
3 الى مجمعكم رجل بخاتم ذهب وعليه ثياب
بهية ودخل رجل اخر مسكين فى ثياب
3 وسخة * فنظرتم الى اللابس الثياب البهية
وقلتم له اجلس انت فى هذا الموضع حسنا
4 وقلتم للمسكين قف هنالك انت او اجلس
5 تحت موطئى قدمى * اليس تقضون فى نفوسكم
6 B وصرتم قضاة بنيات خبيثة * اسمعوا يا اخوتى
الاحباء اليس الله انما انتخب المساكين فى هذا
العالم اغنياء بالايمان ورثة للملكوت الذى وعد
7 به الله محبيه * اما انتم فحقرتم المسكين : اوليس
الاغنياء يقهرونكم ويهوقونكم الى مواقف
8 القضاء * اليس هم يفترون على الاسم الصالح
الذى قد سمى به عليكم * وان كنتم تستعملون
الناموس الملكى بحسب الكتب احب صاحبك
9 كنفسك فنعم ما تفعلون * فاما ان اخذتم
بالوجوه فانما تكسبون خطية وتوبخون من
10 الناموس كالمخالفين له * والان من حفظ
الناموس كله وعثر فى شى واحد فهو صار
11 بالكل مدانا * لان الذى قال لا تزن هو قال ايضا
لا تقتل فان كنت لم تزن لكنك قتلت فقد
12 صرت مخالفا للناموس * هكذا تكلموا وهكذا
فافعلوا كانكم تبدوا تدانوا بناموس
13 العتق * لان دينونة من لم يستعمل الرحمة
تكون بغير رحمة فاما الرحمة تعلى الدينونة
14 * ما المنفعة يا اخوتى ان قال احد ان له
ايمان وليس له اعمال اترى الايمان يستطيع
15 ان يخلصه * ان كان اخ واخت عريانين
16 وليس لهما قوت يوم * فقال لهما احدكم
انطلقا بسلام واستدفيا واشبعا ولم تعطوهما
حاجة

immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt: Viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

CAP. II.

1 FRatres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Leu. 19 c. 15
2 * Etenim ſi introieris in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introieritautem & pauper in ſordido habitu, Deut. 1. c. 16. & 16. d. 19 Prou. 4. c. 24.
3 * & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hic bene: Pauperi autem dicatis: Tu ſta illic; aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: Eccliſ. 42. 2. 1.
4 * nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?
5 * Audite fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromiſit Deus
6 diligentibus ſe? * Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, &
7 ipſi trahunt vos ad iudicia? * Nonne ipſi blaſpemant bonum nomen,
8 quod inuocatum eſt ſuper vos? * Si tamen legem perficitis regalem ſecundum Scripturas: * Diligesproximum tuum ſicut te ipſum: bene Le. 19 d. 18. Mat. 22 d. 39.
9 facitis: * ſi autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti Mar. 12 d. 31
10 a lege quaſi tranſgreſſores. * Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Rom. 13 c. 9. Galat. 5 c. 14.
11 C Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quòd ſi non mœchaberis, occides aũt, factus es tranſ- Leu. 19 c. 15. Deut. 1. c. 17.
12 greſſor legis. * Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis Mat. 5. c. 19.
13 incipientes iudicari. * Iudicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium. * Quid
14 proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſaluare eum? * Si autem frater, & ſo-
15 ror nudi ſint, & indigeant victu quo- 1. Ioa. 3. c. 17
16 tidiano, * dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefaciemini & ſaturamini, non dederitis aũt eis,

eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?* Sic & fides, si non 17
habeat opera, mortua est in semetipsa. * Sed dicet quis: Tu fidem 18
habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus; & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Tu credis quoniam 19
D unus est Deus: Bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt. * Vis aũt scire o homo inanis, quoniam 20
fides sine operibus mortua est?* 1 Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? 21
* Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est?* Et suppleta est Scriptura, dicens: 1 Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. * Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm? *Similiter 1 & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est suscipiens nuncios, & alia via eijciens?* Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus, mortua est.

1Ge.22. b.9.
1Ge.15. b. 6. Rom.4. a. 3. Galat.3 2. 6.
1Ios. 2. 2,10.

١٧ حاجة جسدهما فاى منفعة* هكذا الايمان
١٨ ان لم يكن له اعمال فانه ميت وحده* فاما
يقول قايل ان لك الايمان ولنا لى الاعمال
فارنى ايمانك بغير الاعمال اما انا فانى من
١٩ الاعمال اريك ايمانى* انت تومن ان الله
واحد: نعم ما تفعل والشياطين ايضا تومن
٢٠ بذلك وترتعد* اتريد ايها الانسان الباطل
٢١ ان تعلم ان الايمان بغير اعمال ميت* ان
ابراهيم ابونا اليس من الاعمال صار بارا حين
٢٢ اصعد ابنه اسحق على المذبح* فانت ترى
ان الايمان اعانه على اعماله وبالاعمال كمل
٢٣ الايمان* وتم الكتاب الذي قال: امن
ابراهيم بالله وحسب ذلك له برا ودعى خليل
٢٤ الله* اما ترون الان ان بالاعمال يصير الانسان
٢٥ بارا لا بالايمان وحده* هكذا ايضا راحاب
الزانية اليس انها صارت بالاعمال بارة لما
قبلت الجاسوسين واخرجتهما فى طريق اخر
٢٦ فان كما كان الجسد بغير روح هو ميت
كذلك الايمان بغير اعمال هو ايضا ميت

CAP. III.

الاصحاح الثالث

Mat. 23 b. 10.

1 NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. * In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. potest etiam freno circumducere totum corpus. * Si autem 3
equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. * Ecce & 4
naues, cum magnæ sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. * Ita & lingua 5
B modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam siluam incendit! * Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna. * Omnis enim natura bestiarum, & 7
volu-

١ لا تصيروا معلمين كثيرين يا اخوتي اذ انتم
٢ تعلمون انكم تستوجبون اعظم دينونة
٣ لاننا كلنا نذنب ذنوبا كثيرة: وكل من
لا يذنب فى كلامه فهو رجل كامل وذلك
٤ يستطيع ان يدبر بلجام جسده كله* انما
ان نضع اللجم فى افواه الخيل كيما تنقاد
لنا فنقتاد جميع اجسادها* وها ان السفن
٥ ايضا وهي عظام اذا استاقتها الرياح الصعبة
فحولها سكان صغير الى حيث يكون مراد
٦ المدبر* كذلك اللسان ايضا فانه عضو
صغير وهو يرقع العظايم فها نار قليل تحرق
٧ غابة كبيرة* واللسان هو نار كل الظلم ان
اللسان منصوب فى اعضايانا وهو يعيب
جميع اجسادنا ويلهب بكرة ميلادنا ملتهبا
من قبل جهنم* فان كل طباع السباع
والطير

والطير والحيات والبواقى فتذلّ وقد اذلتها
٨ طبيعة البشر * فاما اللسان فلا يستطيع
احد من البشر اذلاله انه شر لا يهدا مملوة
٩ من سم الموت * به نبارك الله الاب وبه
نسبّ البشر الذين خلقهم الله على شبهه
١٠ * من الفم الواحد تخرج البركة واللعنة
فليس ينبغى يا اخوتي ان تكون هذه الامور
١١ هكذا * العل العين تنبع من ينبوع واحد
١٢ بعينه ماء عذبا ومرًّا * ام لعل تجرة التين
تستطيع يا اخوتي ان تثمر عنبا او الكرمة
تينًا كذلك لا يمكن ان يعمل الماء المالح
١٣ عذبًا * ايكم رجل حكيم مجرّب فليرى
١٤ اعماله من حسن تصرفه بعلم الحكمة * فان
كانت فيكم غيرة مرة وكان فى قلوبكم
شقاق فلا تفتخروا ولا تكذبوا على الحق
١٥ * لانه ليست هذه الحكمة نازلة من فوق لكنها
١٦ ارضية نفسانية شيطانية * لان حيث يكون
الغيرة والانشقاق هناك يكون التقلب وكل
١٧ امر ردى * فاما الحكمة التى من العلو فاولا هي
عفيفة ثم سليمة متضعة مطيعة موافقة للخيار
١٨ مملوة رحمة وثمارا صالحة غير دايغة بغير رياء * فاما
ثمرة البر فانها تزرع فى السلام لصانعى السلام

الاصحاح الرابع

١ من اين الحروب والخصومات فيكم اليس من
٢ شهواتكم التى تتقاتل فى اعضايكم * انكم تشتهون
وليس لكم وانتم تقتلون وتحسدون وليس
تستطيعون ان تكسبوا تختصمون وتتقاتلون ولا
٣ شيء لكم من اجل انكم ليس تسالون * انكم
تسالون ولا تاخذون لانكم بيسما تسالون ان
٤ تتنعموا بشهواتكم * ايها الفجار اما تعلمون ان
محبة هذا العالم هي عداوة لله وكل من احب ان
يكون خليلا لهذا العالم فانه يصير عدوًا لله
٥ * العلكم تحسبون ان الكتاب قال باطلا
٦ ان الروح الذى فيكم يشتهي للحسد * لكنه
هو يعطى نعمة اعظم : فمن اجل هذا يقول
ان

volucrum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt a
8 natura humana: * linguam autem
C nullus hominum domare potest inquietum malum, plena veneno mortifero. * In ipsa benedicimus Deum
9 & Patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei
10 facti sunt. * Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.
11 * Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram
12 aquam? * Numquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest
13 facere aquam. * Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem
suam in mansuetudine sapientiæ.
14 * Quòd si zelum amarum habetis,
D & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. * non
15 est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis,
16 diabolica. * Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne
17 opus prauum. * Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens,
plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simu-
18 latione. * Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

CAP. IV.

1 VNde bella & lites in vobis?
A Nonne hinc? ex concupiscentijs vestris, quæ militant in mem-
1 bris vestris? * Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter
3 quod non postulatis. * Petitis, & non accipitis: eo quòd male petatis: vt in concupiscentijs vestris insumatis. * Adulteri, nescitis quia
4 B amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimi-
5 cus Dei constituitur. * An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit spiritus,
6 qui habitat in vobis? * Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit:
* Deus

ان الله يقاوم المستكبرين فاما هو يعطى نعمة
للمتواضعين * فاطيعوا الله وقاوموا ابليس فانه ٧
يهرب منكم * اقتربوا من الله يقترب الله ٨
منكم : طهروا ايديكم ايها الخطاة وانقوا
قلوبكم يا ذوى القلبين * تلهفوا ونوحوا ٩
وابكوا وضحككم فليستحيل نوحا وفرحكم
حزنا * وتواضعوا قدام الرب وهو يرفعكم ١٠
* لا تذمّوا ايها الاخوة بعضكم بعضا ان من ١١
يذم اخاه او يدين اخاه فانه يذم الناموس
ويدين الناموس فان كنت تدين الناموس فلست
عاملا بالناموس بل قاضيا له * ان واحد هو ١٢
ناصب الناموس وواحد هو القاضى الذى يقدر
ان يهلك ويقدر ان يخلص * فانت من انت ١٣
حتى تدين صاحبك : ها انتم الان تقولون
انا نحن اليوم او غدا نمضى الى مدينة
فلانة فنقيم بها سنة واحدة ونتاجر ونربح
* وانتم لا تعرفون ماذا يكون فى الغد * فما ١٤ ١٥
هى حياتكم انها بخار يرى قليلا ثم يضمحل
بدل ان تقولوا ان شاء الرب وان كنا عشنا
سنفعل هذا او ذلك * ولكنكم الان ١٦
تفتخرون باستكباركم وكل افتخار مثل هذا
خبيث * ومن عرف خيرا ليعمله ولا يعمله ١٧
فانه يخطى

الاصحاح الخامس

فالان ايها الاغنياء فابكوا وانتحبوا على ١
الشقا الذى سيأتى عليكم * اما غناكم ٢
فقد فسد وثيابكم فقد اكلها السوس
* وذهبكم وفضتكم قد صديا وصدأهما يشهد ٣
عليكم ويأكل اجسادكم مثل النار انكم
كنزتم لكم الغضب للايام الاخيرة * هذا ٤
اجرة الفعلة الذين حصدوا حقولكم
المظلومة منكم تصيح وصراخهم قد وصل
الى اذنى رب الصباوت * قد تنعمتم على ٥
الارض وفى اللذات ربيتم قلوبكم فى يوم
الذبح * قضيتم على البار وقتلتموه من غير ان ٦
يقاومكم

Pro.3. d.34. * Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. * Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis. * Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. * Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. * Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. * Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legē. Si aūt iudicas legē, non es factor legis, sed iudex. * Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare. * Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: * qui ignoratis quid erit in crastino. * Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur: pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit. Et: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. * Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. * Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

1.Pet. 1.b.6. Rom. 14.4.

CAP. V.

AGite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. * Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. * Aurum, & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis irā in nouissimis diebus. * Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabbaoth introiuit. * Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis. * Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis.

٧ يقاومكم * فاصبروا ايها الاخوة الى مجى الرب
ها الفلاح ينتظر الثمرة الكريمة من الارض
وهو يرجى بصبرها مطر السباح والمساء
٨ * فاصطبروا انتم ايضا ولتشتدوا قلوبكم فان
٩ مجى الرب قريب * ولا تنوحوا ايها الاخوة
بعضكم على بعض لئلا تدانوا فها القاضى
١٠ واقف قبالة الباب * اعتبروا ايها الاخوة بشدة المصايب والتعب والصبر
الانبيا الذين تكلموا باسم الرب * ها اننا
نعد الصابرين فقد سمعتم بصبر ايوب ورايتم
١١ انتهاء الرب لان الرب رووف رحيم * وقبل
كل شى يا اخوتى لا تحلفوا لا بالسماء ولا
بالارض ولا بيمين اخر بل يكن كلامكم
١٢ النعم نعم والا لا : لئلا يجب عليكم القضا
١٣ * فان كان احدكم فى حزن فليصل وان
١٤ D فرح فليرتل * وان كان احد فيكم مريضا
فليدع شيوخ الكنيسة ليصلوا عليه
١٥ ويمسحوه بزيت باسم الرب * فان الصلاة
بايمان تخلص المريض والرب يقيمه وان
١٦ كان فيه خطايا تغفر له * فاعترفوا بعضكم
لبعض بخطاياكم وليصل بعضكم على بعض
لكى تخلصوا لان صلاة البار الدايمة تنفع
١٧ منفعة كبيرة * ان ايليا كان بشرا مثلنا
فى المصايب وصلى صلاة لكيما لم يمطر مطرا
على الارض فلم تمطر ثلاث سنين وستة اشهر
١٨ * ثم صلى بعد ذلك فامطرت السما وانبتت
١٩ الارض ثمرتها * يا اخوتى ان ضل احدكم عن
٢٠ سبيل الحق وردّه انسان عن ضلالته * فليعلم
ان الذى يرد الخاطى عن ضلالة سبيله فانه
يخلص نفسه من الموت ويستر كثرة الخطايا

رسالة

7 vobis. * Patientes igitur estote fra-
8 tres vsque ad aduentum Domini.
Ecce agricola expectat pretiosum
fructum terræ, patienter ferens do-
nec accipiat temporaneum, & sero-
tinum. * Patientes igitur estote &
8 vos, & confirmate corda vestra:
quoniam aduentus Domini appro-
9 pinquauit. * Nolite ingemiscere
fratres in alterutrum, vt non iudi-
cemini. Ecce iudex ante ianuam
10 assistit. * Exemplum accipite, fra-
tres, exitus malí, laboris, & pa-
tientiæ, Prophetas: qui locuti sunt
11 in nomine Domini. * Ecce beati-
ficamus eos qui sustinuerunt. Suf-
ferentiam Iob audistis, & finem
Domini vidistis, quoniam miseri-
cors Dominus est, & miserator.
12 * Ante omnia aũt fratres mei || no- ||Mat. 5
lite iurare, neque per cælum, neq; f. 34.
per terram, neque aliud quodcum-
que iuramentum. Sit autem sermo
vester: Est, est: Non, non: vt non
13 sub iudicio decidatis. * Tristatur
aliquis vestrum? oret: Æquo animo
14 est? psallat. * Infirmatur quis in
vobis? inducat presbyteros Eccle-
siæ, & orent super eum, vngentes
15 eum oleo in nomine Domini: * &
oratio fidei saluabit infirmum, &
alleuiabit eum Dominus: & si in
16 peccatis sit, remittentur ei. * Con-
fitemini ergo alterutrum peccata
vestra, & orate pro inuicem vt sa-
luemini: multum enim valet depre-
17 catio iusti assidua. * || Elias homo ||3.Reg.
erat similis nobis passibilis: & ora- 17.a.1.
tione orauit vt non plueret super Luc.4.
terram, & non pluit annos tres, & d.25
18 menses sex. * Et rursum orauit:
& cælum dedit pluuiam, & terra
19 dedit fructum suum. * Fratres mei,
si quis ex vobis errauerit a verita-
20 te, & conuerterit quis eum: * scire
debet quoniam qui conuerti fece-
rit peccatorem ab errore viæ suæ,
saluabit animam eius a morte, &
operiet multitudinem peccatorum.



EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

الاصحاح الاول

1 PETRVS Apostolus Iesu Christi, A electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, * 2 secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis, & pax multiplicetur. * 3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, * 4 in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis in vobis, * 5 qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. * 6 In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: * 7 vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignē probatur) inueniatur in

1.Cor. 1. a. 3. Eph. 1. a. 3.

١ من بطرس رسول يسوع المسيح الى المنتخبين ٨
الغرباء المتفرقين فى بنطس وغلاطيه وقبادوقيا
واسيا والباثانيه * ٢ بتقدمه معرفة الله الاب
لتقديس الروح للطاعة والدمّ بدم يسوع
المسيح النعمة والسلام يكثران لكم * ٣ تبارك
الله ابو ربنا يسوع المسيح الذى حسب رحمته
العظيمة ولدنا ثانوة لرجاء الحياة بقيامة
يسوع المسيح من بين الاموات * ٤ للميراث الذى
لا يبلى ولا يتدنس ولا يضمحل المحفوظ فى
السموات لكم * ٥ ايها المحفوظين بقوة الله
بالايمان للخلاص المعد ليظهر فى اخر الزمان
* ٦ وبهذا تفرحون مع انه ينبغى لكم ان
تحزنوا قليلا فى هذا الزمان بملايا مختلفة
* ٧ ليكون امتحان ايمانكم الذى افضل ثمنا
جدا من الذهب المجرب بالنار يوجد للحمد
والمجد

والمجد والكرامة عند ظهور يسوع المسيح
٨ ذلك الذى احببتموه من غير ان تروه وحتى
الان ما رايتموه ولكنكم تومنون به واذ
انتم مومنون فتفرحون فرحا مجيدا لا يوصف
٩ وتقبلون تمام ايمانكم خلاص النفوس
١٠ ذلك الخلاص الذى التمسته الانبيا وفحصوا
عنه الذين تنبوا بالنعمة التى تكون فيكم
١١ باحثين عن الوقت والزمان يدل روح
المسيح فيهم متقدما بالشهادة على الالام
التى فى المسيح والمكرمات التى تكون بعد
١٢ ذلك * وقد اوحى اليهم انهم ليسوا خداما
لانفسهم بل لكم بهذه الاشيا التى اخبركم
الان اولئك الذين يشروكم بها بروح القدس
الذى ارسل من السماء الذى تشتهي الملايكة
١٣ ان تطلع عليه * ومن اجل هذا فاربطوا
حقوى ضمايركم صاحين فارجوا بالكمال
تلك النعمة التى تاتيكم عند ظهور يسوع
١٤ المسيح * كابناء الطاعة ولا تشابهوا بشهوات
١٥ جهلكم الاولى * ولكن كما ان الذى دعاكم
قدوس كونوا انتم ايضا قديسين فى كل
١٦ تصرفكم * لانه مكتوب كونوا قديسين لانى
١٧ قدوس * وان انتم دعوتم لكم ابا ذلك
الذى يقضى بغير محاباة على كل احد بحسب
عمله فليكن تصرفكم فى زمان غربتكم بالمخافة
١٨ * اذ علمتم انه لا بالفضة ولا بالذهب
الفاسد استنقذتم من تصرفكم الباطل
١٩ الذى قبلتموه من ابايكم * لكن بالدم
الكريم دم المسيح ذلك الذى مثل الخروف
٢٠ الذى لا عيب فيه ولا دنس * المعروف بسبق
علم قبل كون العالم وظهر فى اخر الزمان
٢١ من اجلكم * انتم الذين امنتم على يديه
بالله الذى اقامه من بين الاموات واعطاه
٢٢ المجد ليكون ايمانكم ورجاوكم بالله * اعفوا
نفوسكم بطاعة المحبة فى مودة الاخوة
واحبوا بعضكم بعضا بقلب سليم باجتهاد
٢٣ * مولودين ايضا لا من زرع يفسد لكن
مما لا يفسد بكلمة الله الحى الباقى الى
الابد

in laudem, & gloriam, & honorem
8 in reuelatione Iesu Christi: * quem
cum non videritis, diligitis: in quem
nunc quoq; non videntes creditis: cre-
dentes aũt exultabitis lætitia inenar-
9 rabili, & glorificata: * reportantes fi-
nem fidei vestræ, salutem animarum.
10 * De qua salute exquisierunt, atque
scrutati sunt prophetæ, qui de futu-
ra in vobis gratia prophetauerunt:
11 * scrutantes in quod, vel quale
tempus significaret in eis Spiritus
Christi: prænuncians eas quæ in
Christo sunt passiones, & posterio-
12 res glorias: * quibus reuelatum est
C quia non sibimetipsis, vobis autem
ministrabant ea, quæ nunc nunciata
sunt vobis per eos, qui euangeli-
zauerunt vobis, Spiritu sancto mis-
so de cælo, in quem desiderant An-
geli prospicere. * Propter quod suc-
13 cincti lumbos mentis vestræ, sobrij
perfecte sperate in eam, quæ offer-
tur vobis, gratiam, in reuelatio-
nem Iesu Christi: * quasi filij obe-
14 dientiæ, non configurati prioribus
15 ignorantiæ vestræ desideriis: * sed
secundum eum, qui vocauit vos, San-
ctum: & ipsi in omni conuersatio-
16 ne sancti sitis: * quoniam scriptum
est: ‖ Sancti eritis, quoniam ego San-
17 ctus sum. * Et si patrem inuocatis
eum, qui ‖ sine acceptione perso-
narum iudicat secundum vniuscuius-
que opus, in timore incolatus ve-
18 stri tempore conuersamini. * Scien-
D tes quòd non corruptibilibus auro,
vel argento redempti estis de vana
vestra conuersatione paternæ tradi-
19 tionis: * ‖ sed pretioso sanguine
quasi agni immaculati Christi, & in-
20 contaminati: * præcogniti quidem
ante mundi constitutionem, mani-
festati autem nouissimis temporibus
21 propter vos, * qui per ipsum fide-
les estis in Deo, qui suscitauit eum
a mortuis, & dedit ei gloriam, vt
fides vestra, & spes esset in Deo:
22 * Animas vestras castificantes in
obedientia charitatis, in fraternita-
tis amore, simplici ex corde inuicem
23 diligite attentius: * renati non ex se-
mine corruptibili, sed incorruptibili
per verbum Dei viui, & permanentis

‖Leu.11. g.44.& 19.2.2. & 20.b. 7.
‖Deu.10 d.17 Rom.2. b 11. Gala.2. b 6. ‖1.Cor. 6.d.20 & 7.d. 23. Heb.9. d.12. 1.Io.1. b.7. Apoc.1 b.5.

in æternum: * [1] quia omnis caro 24
[1] Is. 40. b. 6. Eccl. 14 c. 18. Iac. 1. b. 10. vt fœnum: & omnis gloria eius tamquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit. * Verbum autem 25
Domini manet in æternum. hoc est autem verbum, quod euangelizatum est in vos.

الابد * لان كل بشر كالعشب وكل مجده ٢٤
كزهر العشب فالعشب يبس وزهره سقط
* فاما كلمة الرب فتبقى الى الابد وهذه ٢٥
الكلمة التى بشرتم بها

CAP. II.

الاصحاح الثانى

Deponentes igitur omnem ma- 1 A
Rom. 6. 3. 4. Eph. 4. c. 22. Col. 3. b. 8. Heb. 12 a. 2. litiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, * sicut modo geniti 2
infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in- 3
salutem: * si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. * Ad quem 4
accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, & honorificatum: 5
* & ipsi tamquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. * Propter quod 6
[1] Is. 28. d. 16. Rom. 9 g. 33. continet Scriptura: [1] Ecce pono B
in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum non confundetur.
* Vobis igitur honor credentibus: nõ 7
[1] Ps. 117 d. 22. Mat. 21 d. 42. Act. 4. b. 11. Isai. 8. c. 14. credentibus aũt [1] lapis, qué reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli: * & lapis offensionis, & 8
petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. * Vos autem genus electum, 9
regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. 10
[1] Osee. 2 d. 24 Rom. 9. c. 25. * [1] Qui aliquando non populus, nunc aũt populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc aũt misericordiam consecuti. * [1] Charissimi ob- 11 C
[1] Ro. 13. d. 14. Gal. 5. c. 16 secro vos tamquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, * conuersationem vestram 12
inter Gentes habentes bonam: vt in eo, quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.
[1] Ro. 13. a. 1. * [1] Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: 13
sive

فارفضوا الان عنكم كل سوء وكل غدر ورياء ١ A
وحسد وكل نميمة * وكونوا كالاطفال المولودين ٢
الان واشتهوا اللبن الناطق الذى لا دغل
فيه لتنشوا فيه للخلاص * ان كنتم ذقتم ٣
ان الرب صالح * واليه مصيركم وهو الحجر ٤
الحى المرذول عند الناس بل المختار المكرم
عند الله * وانتم ايضا فابنوا انفسكم عليه ٥
كالحجارة الحية بيتا روحانيا كهنوت مقدس
لتقربوا قرابين روحانية منقبلة عند الله
على يدى يسوع المسيح * فلذلك قيل ٦
فى الكتاب انى واضع فى صهيون حجرا فى
راس الزاوية منتخبا كريما ومن يومن به
لا يخزى * فهو لكم ايها المومنين كرامة ٧
واما للذين لا يومنون انه الحجر الذى رذله
البناون فهو صار فى راس الزاوية * وهو حجر ٨
العثرة وصخرة الشك للذين يعثرون بالكلمة
ولا يومنون بما هم موضوعون له * فاما انتم ٩
فانكم انسباء مختارون وكهنوت ملوكى وامة
مقدسة وشعب مقتنى كيما تخبروا بفضايل
ذلك الذى دعاكم من الظلمة الى نوره
العجيب * اذ كنتم فيما تقدم لستم شعبا ١٠
واما الان فانكم شعب الله وكنتم قديما
غير مرحومين فاما الان فقد رحمتم * ايها ١١
الاحبا انا اسالكم كالغربا والضيف ان
تبتعدوا من الشهوات الجسدانية اللواتى
يقاتلن نفوسكم * وليكن تصرفكم بين الامم ١٢
حسنا لكى بما تكلموا عليكم كانكم
اشرار وينظرون الى اعمالكم الصالحة يسبحوا
الله فى يوم الافتقاد * فاخضعوا لجميع خلايق ١٣
البشر من اجل الله اما الملك فمن اجل
سلطانه

١٤ سلطانه الفايق * واما القواد فمن اجل انهم
مرسلون من قبله نقمة للذين يعملون الشر
١٥ ومدحة للذين يعملون الصالحات * لان هذه
هي مسرة الله ان تسدوا باعمالكم الصالحة
١٦ افواه القوم الجهلة غير الفاهمين * مثل
الاحرار لا مثل الذين قد غشوا شرهم
١٧ بحريتهم بل مثل عبيد الله * اكرموا كل
احد: واحبوا الاخوة وخافوا الله واكرموا
١٨ الملك * وكونوا ايها العبيد خضعا لاربابكم
بكل مخافة لا للصالحين اللطيفين فقط بل
١٩ للفظ ايضا * فان هذه هي النعمة ان كان
من اجل نية الله يحتمل احد المشقات
٢٠ التي تصيبه ظلما * فاي حمد لكم ان كنتم
تحتملون خاطئين ملطومين ولكن اذا
صنعتم الحسنات وتحتملون بالصبر فهذه هي
٢١ النعمة عند الله * فانكم لهذا دعيتم ان
المسيح هو ايضا قد تالم بدلنا وابقى لكم
٢٢ مثالا لكي تتبعوا خطواته * ذلك الذي لم
٢٣ يعمل خطية ولم يوجد في فمه غدر * ذلك
الذي كان يسب ولا يسب: اصيب فلم
يتهدد لكنه كان يسلم نفسه للذي يقضي
٢٤ عليه ظلما * الذي احتمل خطايانا هو
بجسده على الخشبة لكي اذا كنا قد متنا
للخطايا نحيي للبر ذلك الذي بجراحاته
٢٥ شفيتم * لانكم كنتم ضالين كالغنم
فرجعتم الان الى الراعي المتعاهد لنفوسكم

14 siue regi quasi præcellenti: * siue
ducibus tamquam ab eo missis ad
vindictam malefactorum, laudem
15 verò bonorum: * quia sic est volun-
tas Dei, vt benefacientes obmute-
scere faciatis imprudentium homi-
16 num ignorantiam: * quasi liberi, &
non quasi velamen habentes mali-
tiæ libertatem, sed sicut serui Dei.
17 * Omnes honorate: ‖ fraternitatē di- ‖Ro.12
ligite: Deum timete: Regem hono- b.10.
18 rificate. * ‖ Serui subditi estote in ‖Eph.6.
omni timore dominis, non tantum a.5.
bonis & modestis, sed etiam dys- Col. 3.
19 colis. * Hæc est enim gratia, si prop- d. 22.
ter Dei conscientiam sustinet quis Tim. 2.
20 D tristitias, patiens iniuste. * Quæ enim c.9.
est gloria, si peccantes, & colaphi-
zati suffertis? sed si benefacientes
patienter sustinetis; hæc est gratia
21 apud Deum. * In hoc enim vocati
estis: quia & Christus passus est pro
nobis, vobis relinquens exemplum
22 vt sequamini vestigia eius. * ‖ qui ‖Is. 53.
peccatum non fecit, nec inuentus c.9.
23 est dolus in ore eius: * qui cum
malediceretur, non maledicebat:
cum pateretur, non comminabatur:
tradebat autem iudicanti se iniuste:
24 * ‖ qui peccata nostra ipse pertulit ‖1.Io.3.
in corpore suo super lignum: vt pec- 2.5.
catis mortui, iustitiæ viuamus: cu- Isa. 53.
25 ius liuore sanati estis. * Erratis enim b.5.
sicut oues errantes, sed conuersi
estis nunc ad pastorem, & episco-
pum animarum vestrarum.

الاصحاح الثالث

١ وهكذا النسا ايضا فليخضعن لازواجهن
ليكون الذين لم يطيعوا الكلمة من اجل
٢ تقلب النسا يربحون بغير كلام * اذا ابصروا
٣ تقلبكن العفيف بالمخافة * ولا تكن زينتكن
ظاهرة بضفاير الشعر وحلى الذهب ولباس
٤ الثياب * بل انسان القلب المخفي بعدم فساد
الروح الهادي المتواضع الذي هو قدام الله
٥ غنى * وهكذا كن قديما النسا القديسات
اللواتي

CAP. III.

1 A SImiliter & mulieres subditæ sint Col. 3.
